¶ Horizon vero est circulus diuidens inferius hemisperium a superiori. Unde appellatur horizon: id est terminator visus. Dicitur autem horizon circulus hemisperij. Est autem duplex horizon: rectus et obliquus siue decliuis. Rectum horizõta: et spheram rectam habent illi quorum zenith est in equinoctiali: quia illorum horizon est circulus transiens per polos mundi diuidens equinoctialem ad angulos rectos spherales: vnde dicitur horizon rectus et sphera recta. Obliquũ horizonta siue decliuem habent illi quibus polus mundi eleuatur supra horizontem: quoniam illorum horizon intersecat equinoctialem ad angulos impares et obliquos: vnde dicit horizon obliquus et sphera obliqua siue decliuis. zenith autem capitis nostri semper est polus horizontis.

¶ Unde ex his patet q̃ q̃ta est eleuatio poli mundi supra horizontem: tanta est distantia zenith ab equinoctiali quod sic patet. Cum in quolibet die naturali vterq; colurus bis iungatur meridiano siue idem sit q̃ meridianus quicq̃d de vno probatur: et de reliquo. Sumatur igitur quarta pars coluri distinguentis solsticia que est ab equinoctiali vsq; ad polum mundi. Sumatur iterum quarta pars eiusdẽ coluri que est a zenith vsq; ad horizontem: cum zenith sit polus horizontis. Iste due quarte cũ sint quarte eiusdẽ circuli: inter se sunt equales. Sed si ab equalibus equalia demantur vel idem commune: residua erunt equalia. dempto igitur communi arcu scilicet qui est inter zenith et polum mundi: residua erunt equalia scilicet eleuatio poli mundi supra horizontem: et distantia zenith ab equinoctiali.

18 ¶ Horizon qui et finitor dicitur est sphere circulus maior: superius hemisperiũ ab inferiore diuidens. est enim is circulus in quem sub duo consistentium/circunducentiũq; oculos: videtur obtutus deficere: q̃ et dicitur partem celi visam a non visa dirimere. Hemisperium: dimidium sphere nuncupamus.

19 ¶ Rectus horizon est horizon sub equatore habitantiũ: qui et spheram rectã habere dicuntur. Obliquus horizon est horizon vltra/citraue equatorem habitantium vbicunq; mouari contingat: qui z idem spherã decliuem/pronam/atq; obliquam habere dicuntur: et omnium horizontium capitis vertex polus dicitur a finitore scz vndiq;/omniq; ex parte equidistans. Latitudo locorum est interuallum / atq; distantia puncti verticalis loci ad equatorem. pro qua hec subditur regula.

20 ¶ Quãta est eleuatio poli mũdi super horizontẽ: tãta est distãtia pũcti verticis ad equatorẽ. quod perinde est ac si dicatur quãta est alicui⁹ loci poli mũdi eleuatio sup horizontẽ: tãta est eiusdẽ loci latitudo. q̃ hoc pacto demõstrat.



¶ Esto a b c alter colurus nostro meridiano cõiunctus linea b equator c pũctus verticis. d polus mũdi. a e horizon. manifestũ est arcũ d e esse elcuationẽ poli super horizontem: quam dico esse equam arcui c b qui est distantia pũcti verticis ad equatorem: nam arcus b d (qui est distantia equatoris ad polum mundi) est quarta pars circuli a b e et similiter arcus c e distantia scilz pũcti verticis ad horizonta: quarta est eiusdem circuli a b c nam pũctus verticalis polus est horizõtis sunt igitur arcus b d et arcus c e quadrãtes scz eiusdẽ circuli adinuicem equales: quãdoquidẽ quarte omnes eiusdẽ circuli adinuicẽ equantur ad arcus c d est pars prime quarte b d similiter quoq; et idem arcus c d pars est secunde quarte c e. dempto ergo ab vtraq; quartarum cõmuni arcu c d: residua erũt equalia. nam proloquium/dignitasq; est si ab equalibus equalia aut idem commune auferas residua esse equalia. sed dempto arcu c d: ab quadrante b d relinquitur c b distantia a puncto verticali ad equatorem. et dempto eodem arcu c d ab secundo quadrante c e: relinquitur d e eleuatio scilicet poli mũdi super horizontem. equantur igitur adinuicem c b: et d e distantia scz puncti verticalis ad equatorem: et eleuatio poli mundi super horizontẽ. quãta est ergo eleuatio poli mundi super horizontem tanta est et distantia puncti verticalis ad equatorem. q̃ est et loci latitudo atq; propositum.

¶ De quattuor circulis minoribus. Cap. sextum.

¶ Dicto de sex circulis maioribus dicendũ est de quattuor minoribus. ¶ Notandũ igitur q̃ sol existens in primo pũcto cãcri: siue in puncto solsticij estiualis raptu firmamẽti

describit quendã circulũ: q̃ vltimo descript⁹ est a sole ex parte poli arctici. Unde appellatur circulus solsticij estiualis ratione superi⁹ dicta. Uel tropic⁹ estiualis a tropos qđ est cõuersio. qz tũc sol incipit se cõuertere ad inferi⁹ hemispiũ: et recedere a nobis. Sol iterum existẽs in primo pũcto capricorni siue solsticij hiemalis: raptu firmamẽti describit quendã circulũ: qui vltimo describitur a sole ex parte poli antarctici. Unde appellatur circulus solsticij hyemalis siue tropicus hyemalis: quia tũc sol cõuertit ad nos. Cũ autem zodiacus declinet ab equinoctiali: et polus zodiaci declinabit a polo mũdi. Cũ igitur moueat octaua sphera: et zodiacus q̃ est pars octaue sphere mouebitur circa axẽ mundi: et polus zodiaci mouebitur circa polũ mũdi. Iste igitur circulus quem describit polus zodiaci circa polum mundi arcticũ: dicitur circul⁹ arctic⁹. Ille vo circul⁹ quẽ describit alter polus zodiaci circa polũ mũdi antarcticũ: dicit circulus ãtarctic⁹. Quãta est etiã maxima solis declinatio scz ab eq̃noctiali: tãta est distãtia poli mundi ad polũ zodiaci: quod sic patet. Sumatur colurus distinguẽs solsticia: qui trãsit p polos mũdi et per polos zodiaci. Cũ igitur omnes quarte vnius et eiusdem circuli inter se sint equales quarte hui⁹ coluri: que est ab equinoctiali vsq; ad polũ mũdi erit equalis q̃rta eiusdem coluri: q̃ est a primo puncto cancri vsq; ad polum zodiaci. Igitur ab illis equalib⁹ dẽpto cõmuni arcu qui est a primo pũcto cãcri vsq; ad polũ mũdi: residua erũt equalia: scz maxima solis declinatio et distantia poli mũdi ad polum zodiaci. Cũ autẽ circulus arcticus secũdũ quãlibet sui partem eque distet a polo mũdi: patet q̃ illa pars coluri q̃ est inter primũ pũctũ cãcri et circulũ arcticũ: fere est dupla ad maximã solis declinationẽ: siue ad arcũ eiusdem coluri qui intercipitur inter circulum arcticum et polum mũdi arcticum: qui etiam arcus equalis est maxime solis declinatioi. Cum enim colurus iste sicut alij circuli in sphera sit 360 graduum quarta eius erit 90 graduũ. Cum igitur maxima solis declinatio secundum Ptholomeum sit 23 graduum et 51 minutorum et totidem graduum sit arcus qui est inter circulum arcticum et polum mũdi arcticum si ista duo simul iuncta que fere faciunt 48 gradus subtrahantur a 90 residuum erũt 42 gradus quantus est arcus coluri qui est inter primũ punctum cancri et circulum arcticum: et sic patet q̃ ille arcus fere duplus est ad maximam solis declinationem.

21 ¶ Tropicus cancri est circulus minor: quem sol in principio cãcri existens: ad motum primi mobilis describit: qui et solsticium estiuum dicitur.
Tropicus capricorni est circulus minor: quem sol initium capricorni tenens: ad motum primi mobilis describit: quem et circulum brume dicimus.

22 ¶ Circul⁹ arctic⁹ ẽ circul⁹ mior quẽ pol⁹ zodiaci ad motũ p̃mi mobil̃ circa polũ mũdi arcticũ describit.
Circulus antarcticus est circulus minor: quẽ alter pol⁹ zodiaci circa polũ mũdi antarcticũ circinat z describit. Polũ zodiaci punctũ vndecũq; eclyptice equidistãtẽ nũcupam⁹ sũt enĩ poli zodiaci: axis eclyptice extremitates et pro distantia poli zodiaci a polo mundi cognoscenda hec subditur regula.



23 ¶ Quanta est maxima solis declinatio tãta est distantia poli zodiaci a polo mũdi. Quod hoc pacto demonstratur.
Sit circulus a b d colurus solsticiorum: qui ex diffinitiõe per polos zodiaci pariter et polos mũdi transit: z sit linea a eclyptica et linea b equator et punctus c polus zodiaci. d vero polus mundi. dico ergo arcũ c d qui est distãtia poli zodiaci a polo mũdi equũ esse arcui b a qui est maxima solis declinatio. Nã arcus a c est quarta pars circuli a b d: est enĩ c polus eclyptice a: sed et arcus b d est q̃rta eiusdẽ circuli: igit̃ q̃rte a c et b d adinuicẽ equãtur et arcus b c est pars q̃rte a c itidẽ z pars quarte b d dẽpto igit̃ a duab⁹ quartis a c et b d eodẽ cõmuni arcu qui est b c: residua per cõceptionem erunt equalia: at dempto arcu b c a ab arcu a c relinquitur b a: et dempto eodẽ arcu b c ab arcu b d relinquitur c d: equãtur igitur relicta adinuicem c d et b a que sunt distantia poli zodiaci a polo mundi et maxima solis declinatio quod est propositum.

24 ¶ Ex his quoq; et determinatis in precedente commento: distantias tum in celo: tum in terra cognoscere promptũ est: vt esto a d k colurus solsticiorum: et linea a k horizõ. linea b circulus brume. c equator. d solsticium estiuum. e vertex capitis. f punctus circuli borei puncto verticali vicinior. g polus mũdi. h punctus circuli borei a verticali puncto remotissimus.

1 ¶Ad cognoscendā ergo alicuius loci note latitudinis citra equatorem ad circulum estiuum siti: distantiam horizōtis ad punctū circuli borei sibi vicinius: vt arcū k h: substrahe ab arcu g k: (qui equatur per regulam precedentis capitis latitudini loci) arcum g h: qui equus est maxime solis declinationi a ptholomeo diffinite 23 graduum et 51 minutorum et remanet distantia petita.

2 ¶Ad cognoscendam eleuationem poli mūdi super horizonta eiusdem loci vt arcum g k: quere loci illius cuius cunq; per tabulam quarto capiti adiectam: latitudinem et per regulam precedentis capitis habes tuam eleuationem: equatur enim latitudo semper polari eleuationi.

3 ¶Ad cognoscendam maximā eleuationem circuli arctici super horizontem vt arcum f k adde arcui g k eleuationi sc3 poli mundi super horizonta: arcū f g q̄ equatur maxime solis declinationi: et habes petitū.

4 ¶Ad cognoscendam distantiam puncti verticalis ad horizonta vt arcū e k partire 360 circuli numerū per 4 et prouenient 90 sc3 interuallum verticis capitis et finitoris.

5 ¶Ad cognoscendam distantiam horizontis ad circulum estiuum ex eadem parte que est arcus d k: adijcearcui d h (qui est quarta circuli 290 graduum) arcum h k prius cognitum: et habes interuallum inter horizonta/clyclaq; eadem ex parte interceptum.

6 ¶Ad cognoscēdam distantiam horizontis eadem ex parte ad equatorem id est arcum c k: adde arcui d k proxime inuento: maximam solis declinationem: et interuallum proueniet petitum.

7 ¶Ad cognoscendā maximā distātiā horizōtis ad circulū brume hoc est arcū b k: maxime distātie horizōtis ad equatorē nūc inuente: adijce iterum maximam solis declinationē vt arcum b a: et habes petitum. Arcus enī a k interualli horizontis ad horizontem notus est: nā circuli medietas: que est 180 gradus. et hoc pacto cape distantias ab h polo sc3 zodiaci: ipsum ad g ad f ad e ad d ad c ad b ad a comparando: et hunc in modū de ceteris pūctis: et cognosces promptissime oēs gradus et minuta distātiarū in celo: quibus quidē cū similia in terris respondēt: gradus et minuta interallorū terre facillime dinosces. Et ad latitudinē parisianā: hoc interallorū formulā subiunxim⁹/eiusmodi distantiarū locoq; solis superioris figure litteris vsi: vt k h pro eleuatione poli ecliptice super horizontem et k g pro eleuatione poli mundi et hoc pacto de reliquis et horum interallorum distantiarūq; cognoscendarū promptitudo non parum ad cosmographiam Ptolomei/et Geographiam Strabonis habet momentum.

Distā.	G	M	Distā.	G	M	Distātie	G	M	Ad latitudinē
k h	24	09	h c	113	51	f b	89	51	
k c	48	00	h b	137	42	f a	108	09	
k f	71	51	h a	155	51	e d	24	09	
k e	90	00	g f	23	51	e c	48	00	
k d	114	09	g e	42	00	e b	71	51	
k c	138	00	g d	66	09	e a	90		
k b	161	51	g c	90	00	d c	23	51	
k a	180	00	g b	113	51	d b	47	42	
h g	23	51	g a	132	00	d a	65	51	
h f	47	42	f e	18	09	c b	23	51	
h e	65	51	f d	42	18	c a	42	00	
h d	90	00	f c	66		b a	18	09	

25 ¶Aduerte preterea distantiam proxime a circulo boreo ad circulū cancri (que est arcus f d) inuentri subducēdo maximā solis declinationē et distantiā circuli borei a cardine mundi: que eidem maxime declinationi equatur: sc3 c d et f g: ab quarta circuli sc3 90 gradibus: at maxima solis declinatio que est a Ptolomeo perscripta gradus 23 et minuta 51: duplata gradus cōflat 47 et minuta 42: subductis itaq; a 90 gradibus eiusmodi geminate distantie gradibus 47 et minutis 42: relinquuntur gradus 42 et minuta 18 proxima sc3 distātia circuli borei ad cancrum que vt notat auctor fere dupla est ad maximam solis declinationem: fere non ab re adiectum est: quia ea minor est duplo maxime declinationis: quanto 47 gradus et 42 minuta superant 42 gradus et 18 minuta sc3 25 gradibus et 24 minutis: neq; autor exactam pro introductionis officio curauit ponere numerationem.

26 ¶Id demū animaduersione non est indignum: non omnino verum esse maximā solis declinationem gradus 23 minuta 51 constāter seruare propter motū inclinationis octaui circuli: quem motum sol insequitur: sc3 in definiendo determinandaq; maxime declinationis quantitate secutus est alphraganum et ille Ptholemeum cui nōdum octaui circuli inclinationis motus quem accessum/recessumq; vocāt satis exploratus euaserat qđ ex theoricis fidelius requirere licebit.

¶De quinq; zonis. Cap. septimum.

¶Equinoctialis cū quattuor circulis minoribus dicuntur quinq; paralelli quasi eque distantes: non quia q̄tum primus distat a secundo tantum secundus distet a tertio quia hoc falsum est sicut iam patuit: sed quia quilibet duo circuli simul iuncti secundum quā libet sui partē eq̄ distāt abinuicē et dicunt paralellus equinoctialis/paralellus solsticij estiualis/paralellus solsticij hyemalis/paralellus arcticus/et paralellus antarcticus.

¶ Notandū etiā q quattuor paralelli minores scz duo tropici ⁊ paralellus artic⁹ ⁊ paralellus antarcticus distinguūt in celo quinq zonas siue regiones. vñ Virgili⁹ i geor.

Quinq tenent celum zone quarum vna corusco.
Semper sole rubens et torrida semper ab igni.

Distinguuntur etiam totidem plage in terra directe predictis zonis suppositę. vnde Ouidius in primo metamorphoseos.

Totidemq plage tellure premuntur.
Quarum que media est: non est habitabilis estu.
Nix tegit alta duas: totidem inter vtrasq locauit:
Temperiemq dedit mixta cum frigore flamma.

Illa igitur zona que est inter duos tropicos dicitur inhabitabilis: propter calorē solis discurrētis semper inter tropicos. Similiter plaga terre illi directe suppositа dicit inhabitabilis: propter calorē solis discurrentis super illā. Ille vero due zone q circūscribuntur a circulo arctico et circulo antarctico circa polos mūdi inhabitabiles sunt: propter nimiā frigiditatē. quia sol ab eis maxime remouetur. Similiter intelligendū est de plagis terre illis directe suppositis. Ille autem due zone quarum vna est inter tropicū esti ualem et circulum arcticum: et reliqua que est inter tropicum hyemalē ⁊ circulū antarcticū: habitabiles sunt et temperate caliditate torride zone existente inter tropicos: et frigiditate zonarum extremarum que sunt circa polos mundi. Idem intellige de plagis terre illis directe suppositis.

¶ Paralellus circulus est q quoquo versus oiq ex parte alteri circulo equidistat: vt circulus arcticus paralellus est circulo cācri/equatori/ circulo brume/et antarctico. ⁊ sunt q̄nq paralelli in sphera signati: q̄ sunt circulus arcticus/circulus cācri/equator/circulus capricorni/et circulus antarcticus. q̄rū quattuor minores arcticus/cancri/ capricorni/ et antarcticus disterminant distinguunq quinq celi zonas.



¶ Esto ergo adiecte figure A polus mundi. b et c circulus boreus. d e circulus cancri. f g circulus brume. h k circulus antarcticus. l vero polus notius atq astronoticus. erit prima zona scz borea/arcticaq: totū inter b a c interceptum spacium: que continuo frigore rigens inhabitata est. secunda erit totū inter b c et d e interceptum spacium: tēperata atq habitabilis. tertia erit totum inter d c et f g interceptū spaciū: feruore male: egreq habitabilis. sol enī illic scōm lineam g d (que nobis cclypticam designat) assidua volubilitate gyros ducens suo feruore eam reddit inhabitatam. quarta est totum inter f g et h k interceptum spacium temperata atq habitabilis: si aquarum vastitas/ ⁊ altera celi facies id impune sinat. quinta est totum inter h k l intercluſum spacium: frigore semper horrens/ atq inhabitata. et cum dicimus aliquam celi zonam aut habitatam/ aut inhabitatam: hanc denominationem a simili zona terre illi celesti plage subiecte intelligi volumus. et cum habitatam aut habitabilem dicimus: bene et facile habitabilem. cum autem inhabitatam inhabitabilemue: egre/ difficileq habitabilem intelligimus. sunt enim qui exustam torridamq zonam nunc habitant multi. et he quinq zone sumpta sphera facile conspiciuntur. Cetera autem littere intellectui peruia sunt.

¶ Introductorij Astronomici de sphera secundi finis.

¶ Tertius liber de ortu et occasu signorum: de diuersitate dierum et noctium/ et de diuersitate climatum: et primo de ortu et occasu Cosmico/ Chronico/ et Heliaco/ hoc est mundiali temporali: et solari. Cap. primum.

Signorum autem ortus et occasus dupliciter accipitur: quoniam quantum ad poetas et quantum ad Astronomos. Est igitur ortus et occasus signorum quo ad poetas triplex. scilicet cosmicus: chronicus: ⁊ heliacus. Cosmicus enim ortus siue mundanus est: quando signum vel stella supra horizontem ex parte orientis de die ascendit. Et licet in qualibet die artificiali sex signa sic oriātur: tamen antonomasice signum illud dicitur cosmice oriri cum quo et in quo sol mane oritur. Et hic ortu s proprius et principalis et quotidianus dicitur. De hoc ortu exemplum in Georgicis habetur vbi docetur satio fabarum et milij i vere: sole existēte in tauro sic. Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus: et aduerso cedēs canis occidit astro. Occasus vero cosmicus est respectu oppositiōis: scz quādo sol oritur cum aliquo signo: cuius signi oppositū occidit cosmice. De hoc occasu dicitur in Geor-

dicit in Georgicis: vbi docet satio frumēti in fine autūni sole existēte in scorpione: qui cū oriatur cū sole: taur⁹ signi eius oppositū vbi sūt pleyades occidit: sic. Ante tibi eoe atlantides abscondant: Debita q̄ sulcis cōmittas semina. Chronic⁹ ortus siue tēporalis est quādo signū vel stella post solis occasū supra horizontē ex parte oriētis emerget chronice scilicet de nocte: et dicit tēporalis q⁹ tēp⁹ mathematicorū nascit cū solis occasu. De hoc ortu habem⁹ in Ouidio de ponto. vbi querit mora exilij sui dicēs. Quattuor autūnos pleyas orta facit. Significās p quattuor autūnos quattuor ānos trāsisse post q̄ missus erat in exiliū. Sed Virgilius voluit in autūno pleyades occidere: ergo cōtrarij vident. Sed ratio hui⁹ est q⁹ scōm Virgiliū occidūt cosmice. scōz Ouidiū oriuntur chronice: quod bñ potest cōtingere eodē die. Sed differēter tamē: q⁹ cosmic⁹ occasus est respectu tēporis matutini. Chronicus vero ortus respectu vespūni est. Chronicus occasus est respectu oppositionis. Heliac⁹ ort⁹ siue solaris: est quādo signum vel stella videri potest p elōgationē solis ab illo: qō pri⁹ videri nō poterat solis ꝓpinquitate. Exēplū hui⁹ ponit Ouidi⁹ in libro de fastis sic. Jā leuis obliqua succedit aquarius vrna. Et Virgilius in Georgicis Gnosiaq̄ ardētis descēdit stella corone. Que iuxta scorpionē existens non videbatur: dū sol erat in scorpione. Occasus heliacus est qū sol ad signum accedit: et illud sua presentia et luminositate videri non permittit.

1 ¶Ortus cosmicus qui et mūdialis dicit: est ascēsio signi aut stelle de die sup horizōta. dicē autē hic eā morā nūcupam⁹: qua sol sup hemispheriū nostrū ferr̄ qui et dies artificialis iferius vocabit. Et id signū qō mane cū sole in nostrū cōscēdit/sensimq̄ eleuat hemispheriū: maxime et excellentia quadā cosmice oriri dicitur. vt in veris initio aries/estatis cācer/autūni chele/in initio brume capricornus.

2 ¶Occasus cosmicus est descensio signi aut stelle sub nostrū horizōta: dū sol nostrū occupat hemispheriū et id maxime cosmice occidere dicitur: quod sole diluculo sensim ex orientis parte emergente continuo prenū abit in occasū. vt in veris initio chele/estatis egoceros/autūni aries/brume cancer. sūt enī hec illis signis oppositā que maxime in cozū tēporū initiis cosmice prius oriri dicebātur. et de hoc ortu occasuq̄ insigne est hoc Virgilij Georgicon.

Vere fabis satio. tunc te quoq̄ Medica putres
Accipiunt sulci: et milio venit annua cura:
Candidus auratis aperit cum cornibus annum
Taurus: et aduerso cedens canis occidit astro.
At si triticeam messem/robustaq̄ farra
Exercebis humum: solisq̄ instabis aristis.
Ante tibi eoe atlantides abscondantur:
Gnosiaq̄ ardentis decedat stella corone:
Debita q̄ sulcis cōmittas semina: q̄q̄
Inuite properes anni spem credere terre.

Quattuor temporum anni initia: media/ac fines: tum in mensibus/tum in signis celestibus: hac formula deprehenduntur.

Pri.	Hec.	Finis	Tempora	Principium	Medium	Finis	
♓	♈	♓	Ver	Aries	Taurus	Gemini	
♋	♋	♈	Estas	Cancer	Leo	Virgo	
♎	♏	♓	Autūnus	Libra	Scorpius	Sagittarius	
♑	♋	♐	Hyems	Capricorn⁹	Aquarius	Pisces	

3 ¶Ortus chronicus qui et tēporaneus dicit: est ascensio signi aut stelle sup horizontē post solis occasum eo enī tēpore quod a crepusculo vespertino principiū sumit: mathematici vtunt̄: non qui Arithmetice: Musice: Geometrice: Astronomice q̄q̄ dignitatē pfitent̄: sed quos vanos veneficosq̄ nūcupam⁹: qualibus veneficis sagisq̄ mulierib⁹: maxime inanis Thessalia fuisse legit. qualē fuisse Circen: qualēq̄ Medeam his versibus fingit Ouidius.

Dijq̄ omnes noctis adeste
Quorum ope cum volui (ripis mirantibus) amnes
In fontes rediere suos: concussaq̄ sisto.
Stantia concutio. cantu freta nubila pello.
Nubilaq̄ induco. ventos abigoq̄/vocoq̄.
Vipereas rumpo verbis et carmine fauces.
Viuaq̄ saxa sua conuulsaq̄ robora terra
Et siluas moueo. iubeoq̄ tremiscere montes:
Et mugire solum: manesq̄ exire sepulchris.

Et isigniores poete damnū calamitatēq̄ insinuare volētes: ad id exprimēdū hoc ortu quasi infausto vtebāt̄. et hoc quoq̄ ortu nō nescius Maso: sui exilij infelicē et nullo tpe reuocatā morā his verbis deplorat

Sed memor vnde abij q̄ror o iucūde sodalis
Accedant nostris seua q̄ arma malis.
Vt careo vobis scithicas detrusus in oras:
Quatuor autūnos pleias orta facit.

¶Pleiades enī sūt septē stelle tauri q̄ et atlantides dicunt: q̄ quidē i cosmico mūdanoq̄ ortu fere in me 4
dio veris oriunt: sz ortu chronico fere in medio autūni: a septē atlantis filiab⁹ hec noīa sortite. Electra/
Alcione/ Celeno/ Aderope/ Astrophe/ Tagete/ Maia. Hec hoc mirū quidē: fuerūt enī Atlas et Mercuri
us trismegist⁹ atlantis nepos: insignes astronomi/ et ferme ci⁹ artis repertores. q̄ noīa siderib⁹ fecerūt:
que adhuc obseruat posteritas: vt par est credere medice opiscreq̄ artis primos repertores suis fecisse
noīa rebus: quod tñ singulariter inquit Ouidius pleias orta: ea singulari insigniq̄ appellatione Maiā
intelligamus: que ob honorē mercurij pleiados nomē sibi peculiariter vendicat ac asciscit.

¶Occasus chronicus est descensio signi aut stelle sub horizontē post solis occasum.

¶Heliac⁹ ortus q̄ et solaris dr: est cū signū aut stella a radijs solis emergēs īcipit apparere: quā pri⁹ so- 5
lis p̄sētia/ vicinitasq̄ videri nō sinebat. isigni⁹ enī lumē: min⁹ offūdit atq̄ offuscat videriq̄ nō pmittit. 6

¶Heliacus occasus est cū pri⁹ astrū aut stella videret: haudquaq̄ ampli⁹ videri simit solis vicinia vt in 7
cortu solis et lune cōtingit lunā nō videri. Astri noīe: celestē imaginē/ signūq̄ celeste cōprehēdim⁹. Et hi
tres ortuū/ occasuūq̄ modi ex grecis vocabulis cosmos/ chronos/ et helios/ q̄ sūt mundus/ tps/ sol: noīa
sumūt: poeticiq̄ dicūt: q̄ pocte frequēti⁹ illis vtunt. idcirco nichil mirū videri debebit si poetarū adduce
do carmina: eoq̄ hoc in loco in reqs sua: sumus plurimū suffragijs vsi. nūc autē ad cetera transeamus.

¶De ortu et occasu signorū scōm astrologos. Cap. secundū.

¶Sequit̄ de ortu et occasu signoq̄ put sumūt astronomi et pri⁹ in sphera recta. ¶Sciendū est q̄ tā in sphera recta q̄ obliqua ascēdit equinoctialis circul⁹ semp vniformiter scilicet in tēporib⁹ equalib⁹ equales arc⁹ ascendūt. Motus enī celi vniformis est: et an⁹ gulus quē facit equinoctialis cū horizōte obliquo nō diuersificat in aliqb⁹ horis. Partes vero zodiaci non de necessitate habēt equales ascēsiones in vtraq̄ sphera: qz quanto aliqua zodiaci pars recti⁹ oriť: tanto pl⁹ tēporis ponit̄ in suo ortu: hui⁹ signū est: qa sex signa oriunt̄ in longa vel breui die artificiali: similiter et in nocte. ¶Notandū igit̄ q̄ ortus vel occasus alicui⁹ signi nichil aliud est q̄ illā partē equinoctialis oriri: q̄ oriť tur cum illo signo oriente vel ascendente supra horizontē. vel illā partē equinoctialis occidere que occidit cū illo signo occidente: id est tendente ad occasum sub horizonte. Signū autē recte oriri dicitur cum quo maior pars equinoctialis oritur: oblique vero cum quo minor. Similiter etiam intelligendū est de occasu.

Hic de ascensione atq̄ ortu signorū cui⁹ p̄sertim astronomi precipua cura est: exequitur autor.

¶Ortus ergo astronomicus signi est ortus: ascēsioq̄ ei⁹ partis cquatoris circuli: que vna cum signo ex 8
orientis parte super horizontē emergit: et hoc pacto de ortu partis signi dicatur.

¶Signum recte oriri dicitur: quo cum maior pars equatoris oritur: et ita de parte signi dicatur. 9

¶Signū oblique proneq̄ oriri dicit̄ quo cū minor pars equatoris oriť: et ita quoq̄ de parte signi dicat̄. 10

¶Occasus astronomicus signi: est descensio eius partis equatoris ex parte occidētis: que cū signo pre- 11
ceps: pronaq̄ tendit sub occasum: qui et bifariam diducitur/ in rectum scilicet et pronum.

¶Occasus signi rectus: est quotiens maior pars equatoris pna cū eo simul occidit: tēditq̄ sub occasum 12

¶Occasus vero signi pronus: obliquusq̄: est quotiēs equatoris portio minor sub horizontē simul vnaq̄ 13
cum signo demergitur. Et intelligitur maior portio equatoris cū signo aut oriri aut cadere quoties plu
res 30 gradibus equatoris cum signo aut emergunt aut occidunt. Et cōtra: minor si pauciores 30 gradi=
bus cum eo oriantur: occidantur: et hoc pacto de occasu partium intelligere facillimum est. Et de huius
modi ascensionibus aduertende sunt nonnulle regule: quas autoris littera continet.

¶Prima est. Equinoctialis circulus tam in sphera recta q̄ declui: regularis: vniformisq̄ ascendit: ita vt 14
in tēporib⁹ eq̄libus cōtinue equales arcus: portionesq̄ cōscēdēt: quo fit vt cū in omni horizōte 24 horarū
interualla: cōpletā equatoris circuli reuolutionē cōtineāt: in vna ergo qualibet hora cōtinuo eq̄toris 15
gradus emergūt: fit itcrū cū horizon rectus: oēs arcus diurnos vbi vis gentiū cqua partitione cum no=
cturnis equet: vt sex equatoris signa (hoc est gradus 180) duodecī horaq̄ interualla in suo ortu cōficiāt.

¶Scōa zodiacus circulus nō vniformis ascēdit: neq̄ in sphera recta q̄dē: neq̄ i obliq̄. sz quāto portio 30 15
diaci rectior ascēdit: tāto āpliore tpis mora suus ortus conficit̄: et q̄to pnior: obliq̄or: tāto protractiore.

¶Unde cognoscere pōptū est p̄sertim obliquū horizonta habētibus: q̄ recte: qucuc pronc signa oriātur 16
occidantq̄. Nam cū illis propēsissima dies artificialis (quā morā solis sup horizonta nūcupamus) 12 ho
ras superet/ vt que habitantibus ad Cynosurā sole subeunte cancrū cōtingit sex signa illa die sup horizō
tem emergentia vt recta oriantur: pronaq̄ cadant necesse est: vt esto verbi causa illoru dies longissima 16
horarū spacio distēsa: q̄ta nobis Parisianā academiā colētibus accidit. Cū enī i toto illo 16 horarū in=
teruallo solum sex signa zodiaci que sunt cancer/ leo/ virgo/ chele/ scorpius/ et sagittarius oriantur: cōsce
dantq̄ sup horizonta: z in 12 horarū interuallo totidē equatoris signa cōscendāt: ergo in 16 horarū inter
uallo maior equatoris portio q̄ signa sex cū sex zodiaci signis oriunt̄. recte igit̄ oriunt̄ cancer/ leo/ virgo/
chele/ scorpius atq̄ sagittarius: et in contractissima die que est sole subeūte brume: capricorniq̄ circulū
(que verbi causa sit 8 horarū) veniunt 6 zodiaci signa super horizontē: que sunt capricornus/ aquarius/

pisces:aries:taur⁹ et gemini.at in 8 horarũ interuallo pauciora 6 signis eq̃tor⁹ oriũt.oriũt enĩ dũtaxat q̃ttuor:ergo capricornus:aquari⁹:pisces:aries:taur⁹:gemini oblique oriunt. nã cũ illis minor equatoris portio orit:⁊ hoc habitãtib⁹ ad cãcrũ:habitãtib⁹ enĩ ad egocerota:capricornũq; oppositũ eueniret. Et eadem rõne cãcer/leo/virgo/chele/scorpi⁹ et sagittari⁹ recte oriẽtia:prona: obliquaq; decidũt: nã in cõtractissima nocte(vt verbi causa q̃ 8 horarũ est quẽadmodũ sole initia cãcri subeunte parisijs accidit 6 illa signa occidũt:at solũ eq̃toris q̃ttuor in illo 8 horarũ interuallo illis cooccidũt:cadũt igit prona:illa 6 signa.et eodẽ pacto ostẽdas capricornũ/aquariũ:pisces:arietẽ taurũ:et gemios occidere recte: ꝙ occidãt in ꝓtractissima/lõgissimaq; nocte. Et quãuis ocularis sphere inspectio ad hec et sequẽtia rite intelligenda nõnichil afferat p̃sidij: vix tñ tanto ingenio tãq; fabrefactã inuenias:q̃ arcuum ascẽsionũ: tũ paruoꝝ tum magnoꝝ discrimina:satis apte mõstret:quapropter vt dilucidius oĩa pateãt: sepius ascẽsionũ tabule cõsulende erũt:neq; pñtis introductionis officiũ põdus demõstrationis sustinet quo pacto signiferi circuli in vtroq; horizonte ascensionũ inequalitatẽ esse necesse est:et cetera id gen⁹ sequẽtia:in vnaquaq; enĩ disciplina opereprecium ducendum est illa sola tractari que in ea bene cognosci deprehendiq; valeant.

A punctus orientis
B punctus meridiei
C punctus occidentis
D punctus medie noctis
a c eq̃noctialis circulus
b d horison rectus habitantiũ in terra sub pũcto a.et sub puncto c.

Horison ꝟo obliquus vbiq; alibi designabit ur per lineã quãcũq; inter c b et a d iacentẽ:itidẽ et per quãcũq; aliã inter a b et c d

¶ Hec tabula est ascēsionū rectarū: hoc ē habitāciū sub eq̄tore Lun⁹ p̄ma numerozū linea i sinistra collocata ab vno ad trigīta p̄tinue vsq; p̄cedēs grad⁹ signorum zodiaci declarat. Cetere autē linee a leua de p̄tozsū tendentes: gradus eq̄toris coascēdētes monstrant.

	Aries		Taurus		Gemini		Cancer		Leo		Virgo	
♈	♉	♒	♉	♒	♊	♒	♋	♒	♌	♒	♍	♒
1	0	55	28	51	58	51	91	6	123	14	153	3
2	1	50	29	49	59	45	92	12	124	16	154	0
3	2	45	30	46	60	57	93	17	125	18	154	57
4	3	40	31	44	62	0	94	22	126	20	155	54
5	4	35	32	42	63	3	95	27	127	22	156	51
6	5	30	33	40	64	6	96	33	128	24	157	48
7	6	25	34	39	65	9	97	38	129	25	158	45
8	7	20	35	37	66	13	98	43	130	26	159	41
9	8	15	36	36	67	17	99	48	131	27	160	37
10	9	11	37	35	68	21	100	53	132	27	161	33
11	10	6	38	34	69	25	101	58	133	28	162	29
12	11	1	39	33	70	29	103	3	134	29	163	25
13	11	57	40	32	71	33	104	8	135	29	164	21
14	12	52	41	31	72	38	105	13	135	29	165	17
15	13	48	42	31	73	43	105	17	137	29	166	12
16	14	43	43	31	74	47	107	22	138	29	167	8
17	15	39	44	31	75	52	108	27	139	28	168	3
18	16	35	45	31	76	57	109	31	140	27	168	59
19	17	31	46	32	78	2	110	35	141	26	169	54
20	18	27	47	33	79	7	111	39	142	25	170	49
21	19	23	48	33	80	12	112	43	143	24	171	45
22	20	19	49	34	81	17	113	47	144	23	172	40
23	21	15	50	35	82	22	114	51	145	21	173	35
24	22	12	51	36	83	27	115	54	146	20	174	30
25	23	9	52	38	84	39	116	57	147	18	175	25
26	24	6	53	40	85	38	118	0	148	16	176	20
27	25	3	54	42	86	43	119	3	149	14	177	15
28	26	0	55	44	87	48	120	6	150	11	178	10
29	26	57	56	46	88	54	121	9	151	9	179	5
30	27	54	57	48	90	0	122	12	152	6	180	0

	Libra		Scorpius		Sagittari⁹		Capricorn⁹		Aquarius		Pisces	
1	180	55	208	51	238	51	271	6	303	14	333	3
2	181	50	209	49	239	54	272	12	304	10	334	0
3	182	45	210	46	240	57	273	17	305	18	334	57
4	183	40	211	44	242	0	274	22	306	20	335	54
5	184	35	212	42	243	3	275	27	307	22	336	51
6	185	30	213	40	244	6	276	33	308	24	337	48
7	186	25	214	39	245	9	277	38	309	25	338	45
8	187	20	215	37	246	13	278	43	310	26	339	41
9	188	15	216	36	247	17	279	48	311	27	340	37
10	189	11	217	35	248	21	280	53	312	27	341	33
11	190	6	218	34	249	25	281	58	313	28	342	29
12	191	1	219	33	250	29	283	3	314	29	343	25
13	191	57	220	32	251	33	284	8	315	29	344	21
14	192	52	221	31	252	38	285	13	316	29	345	17
15	193	48	222	31	253	43	286	17	317	29	346	12
16	194	43	223	31	254	47	287	22	318	29	347	8
17	195	39	224	31	255	52	288	27	319	28	348	3
18	196	35	225	31	256	57	289	31	320	27	348	59
19	197	31	226	32	258	2	290	35	321	26	349	54
20	198	27	227	33	259	7	291	39	322	25	350	50
21	199	23	228	33	260	12	292	43	323	24	351	45
22	200	19	229	34	261	17	293	45	124	23	352	40
23	201	15	230	35	262	22	294	51	325	21	353	35
24	202	12	231	36	263	27	295	54	326	20	354	30
25	203	9	232	38	264	33	296	57	327	18	355	25
26	204	0	233	40	205	38	298	0	328	10	356	20
27	205	3	234	42	266	43	299	3	329	14	357	15
28	206	0	235	44	267	48	300	6	330	11	358	10
29	205	57	236	46	268	54	301	9	331	9	359	5
30	207	54	237	48	270	0	302	12	332	6	360	0

	Aries		Taurus		Gemini		Cancer		Leo		Virgo	
♈	♉	♑	♉	♑	♊	♑	♋	♑	♌	♑	♍	♑
1	0	28	15	23	34	26	62	13	99	25	140	25
2	0	56	15	56	35	12	63	20	100	46	141	47
3	1	25	16	29	35	58	64	27	102	6	143	10
4	1	53	17	2	36	45	65	35	103	27	144	32
5	2	22	17	35	37	33	66	43	104	48	145	54
6	2	50	18	9	38	22	67	51	106	9	147	17
7	3	19	18	43	39	12	69	1	107	30	148	39
8	3	48	19	18	40	1	70	11	108	52	150	1
9	4	17	19	52	40	51	71	22	110	13	151	23
10	4	56	20	27	41	41	72	34	111	35	152	45
11	5	15	21	2	42	32	73	46	112	57	154	7
12	5	44	21	38	43	24	74	59	114	19	155	29
13	6	13	22	14	44	17	76	12	115	41	156	51
14	6	42	22	51	45	11	77	26	117	3	158	13
15	7	11	23	28	45	6	78	40	118	26	159	35
16	7	40	24	6	47	1	79	55	119	48	160	57
17	8	10	44	45	47	57	81	10	121	10	162	19
18	8	39	25	23	48	53	82	26	122	32	263	41
19	9	9	26	2	49	50	85	42	123	54	165	3
20	9	39	26	41	50	48	84	59	125	17	166	24
21	10	9	27	21	51	47	86	16	126	40	167	46
22	10	40	28	2	52	47	87	34	128	3	169	8
23	11	10	78	42	53	47	88	51	129	16	170	29
24	11	41	29	23	54	48	90	9	130	49	171	51
25	12	12	30	4	55	49	91	27	132	11	173	12
26	12	43	30	45	56	51	92	46	133	34	174	34
27	13	15	31	29	57	54	94	6	134	56	175	56
28	13	46	32	12	58	58	95	25	136	18	177	17
29	14	18	32	56	60	2	96	45	137	40	178	39
30	14	50	33	41	61	7	98	5	139	2	180	0

	Libra		Scorpius		Sagittarius		Capricornus		Aquarius		Pisces	
1	181	21	222	20	263	15	299	58	327	4	345	42
2	182	43	223	42	264	35	301	2	327	48	346	14
3	184	4	225	4	265	54	302	6	328	31	346	45
4	185	26	226	26	267	14	303	9	329	14	347	17
5	186	48	227	49	268	33	304	11	329	56	347	48
6	188	9	229	11	269	51	305	12	330	37	348	19
7	189	31	230	34	271	9	306	13	331	18	348	50
8	190	52	231	57	272	26	307	13	331	58	349	20
9	192	14	233	20	273	44	308	13	332	39	349	51
10	193	36	234	43	275	1	309	12	333	19	305	21
11	194	57	236	6	276	18	310	10	333	58	305	51
12	196	19	237	28	277	34	311	7	334	37	351	21
13	197	41	238	50	278	50	312	3	335	15	351	50
14	199	3	240	12	280	5	312	59	335	54	352	20
15	200	25	245	34	281	20	313	54	336	32	352	49
16	201	47	242	57	282	34	314	49	337	9	353	18
17	203	9	244	19	283	48	315	43	337	46	353	47
18	204	31	245	41	285	1	316	36	338	22	354	16
19	205	53	247	3	286	14	317	28	338	58	354	45
20	207	15	248	25	287	26	318	19	339	33	355	14
21	208	37	249	47	288	38	319	9	340	8	355	43
22	209	59	251	8	289	49	319	59	340	42	356	12
23	211	21	252	30	290	59	320	48	341	17	356	41
24	212	43	253	51	292	8	321	38	341	51	357	10
25	214	6	255	12	293	17	322	27	342	25	357	38
26	215	28	256	33	294	25	323	15	343	58	358	7
27	216	50	257	54	295	33	324	2	343	31	358	35
28	218	13	259	14	296	40	324	48	344	4	359	4
29	219	35	260	35	297	47	325	34	344	37	359	32
30	220	58	261	55	298	53	326	19	345	10	360	0

Thece tabula est ascēsionū obliquarū septimi Climatis ad latitudinē 48 graduū in q̄ latitudine fere sita ē Parisiēsis Academia. Cetera aūtvt i p̄cedēt; tabule ascēsiōnū sūt animaduertenda.

¶ Et est sciendū q̄ in sphera recta quarte zodiaci inchoate quatuor punctis: duob⁹ sc̄i/licet solsticialibus et duobus equinoctialibus: adequantur suis ascensionibus: id est quantū tempus consumit quarta zodiaci in suo ortu: in tanto tempore quarta equino/ctialis illi conterminalis perorit̄: sed tamen partes illarum quartarum variātur neq̄ habent equales ascensiones. sicut iam patebit.

Hic adhibet aliū regulā q̄ tertia esse poterit: et est hec. ¶ In sphera recta quarte zodiaci a solsticialib⁹: equinoctialibusq̄ initijs inchoate: suis equanī ascensionib⁹ ita vt vna quarta eētoris simul cū carū q̄libet perorta cognoscat: qđ in materiali sphēra fixo horizonte recto si cā p quartas illas sensim gyrando circūuoluas: oculari patebit indicio. 18

¶ Ad idē per tabulas cognoscendū: intra tabulā ascensionū recta/rū que incipit ab arietе: et vide ascēsiones in fine geminorū: reperiesq̄ grad⁹ 60 q̄ sūt grad⁹ eētoris: et q̄ vna cū quarta zodiaci: arietе: tauro: et gemini(q̄ idētidē 90 graduū est) coascēderūt: equāt ergo due ille quarte. itidē cape quartā cācro: leone: virgineq̄ cōstantē: et vide ascēsiones in calce virginis sitas que sunt gradus 180: a quib⁹ subduc 90 grad⁹ triū. s. p̄cedentiū signoꝝ ascensiones: et relinquunt grad⁹ 90: ascensiones scilicet tribus signis: cancro: leone: virginiq̄ respondētes atq̄ eque. cape itidē quartā libe/larū: scorpij: et sagittarij: et in calce sagittarij vide ascēsiones eētoris q̄ cū nouē signis arietе: tauro: ge/minis: cācro: leone: virgine: libelis: scorpio: et sagittario ascenderūt q̄ sūt grad⁹ 270: a quibus substra/he sex signoꝝ precedentiū chelas: ascēsiones in calce virginis reptas q̄ sūt 180: et relinquent grad⁹ 90: ascensiones. s. libre: scorpio/sagittariiq̄ respōdentes atq̄ equales. Itidē cape quartā capricorni: aq̄rij/et piscū: et totius equatoris ortus: eleuatio/ascēsioq̄ in calce piscū reperta est gradus 360: a qua sub/strahe 270 ascensiones. s. nouē signoꝝ capricorni precedentiū in calce sagittarij repertas: et relinquūt equatoris gradus 90: gradibus 90 triū signoꝝ capricorni aquarij et piscū respōdētes atq̄ eq̄. est itaq̄ ex tabula eleuationū rectarū: hoc est elcuationū in sphera recta habitantiū exploratū: qđ in regula et scite et vere fuerat assertū. 19

¶ Text⁹. Sed tū partes illarū quartarū. ¶ Eadē ex tabula est in quo et in ma/gno arcu id depheńsu facile est. E regione enī p̄imi grad⁹ arietis in eadē ascēsionū rectarū tabula: ascen/sio equatoris est minuta 55: et duoꝝ graduū arietis ascēsio eētoris est grad⁹ vn⁹ et minuta 50: et trium arietis ascēsio est grad⁹ 2 et minuta 45: et hoc pacto p̄ñr: et tot⁹ aries grad⁹ 30 in se/ples⁹: eētoris secū gradus 27 et minuta 54 coascēdētia obtinet. Quo fit vt aries in sphera recta minutis obliquusq̄ ortia/tur: itidē et arietis partes. 20

¶ Ad cognoscendū quantū oriente tauro: equatoris coortaī eadē in sphera: cape in calce tauri gradus 57 et minuta 48 ascensiones. s. arietі et tauro respōdētes: a q̄b⁹ subduc gra/dus 27 et minuta 54 ascēsiones. s. arietis: et relinquēt grad⁹ 29 et minuta 54 ascēsiones. s. tauri. Ūñ fit vt sphera recta oblique taurū orientē habeat: et hoc pacto ascēsiones geminorū: cancri: leonis: et reliquoꝝ sua serie sequentiū signoꝝ discernes: de singulo quoq̄ periculū sumere voleno: an recte: an secus oriat. 21

Que sunt he	℔	℀		℔	℀
♈ Aries	27	54	Chele	27	54
♉ Taurus	29	54	Scorpius	29	54
♊ Gemini	32	12	Sagittari⁹	32	12
♋ Cancer	32	12	Capricorn⁹	32	12
♌ Leo	29	54	Aquarius	29	54
♍ Virgo	27	54	Pisces	27	54

¶ Et non modo id cognoscas verū et id de singulo qq̄ gradu cognitu q̄ facillimū est.

¶ Ad ascensiones cuiuslibet gradus eorū: singulatiq̄ cognoscendas cape ascēsiones e regione petiti grad⁹ reptas: a q̄b⁹ subduc repertas indirecto p̄time precedētis gradus: et relinquent equatoris partes p̄posito gradui coascēdentes. verbi causa petit q̄d equatoris vicesimo gradui chelarū coascēdat e regione vicesimi chelarum inuenio gradus 198 minuta 27: a quibus subduco gradus 197 minuta 31 ascensiones in directo vicinioris gradus precedentis repertas et relinquunt minuta 56 que sunt ꝓpositi gradus ascēsio: ascēditq̄ idē vicesim⁹ chelarū grad⁹ obliq̄. Et q̄ pacto hic vtimur tabula ascēsionū rectaꝝ ad ascēsiones sphe/re recte dinoscēdas eodē quoq̄ pacto tabula ascēsionum obliquarū vtendum erit: ad ascensiones sphe/re oblique cognoscendas: et idcirco illius tabule vsus in sequentibus haud ampliori labore perquirēt/resumeturq̄. 22

¶ Et si ascensiones tam in sphera recta q̄ declini repertas per 15 diducis: surgent horе q̄s signum in suo ortu conficit: si tamen gradus pauciores 15 existant: auge numerum per 60: et diduc per 15: et venient minuta horе. Et hoc pacto deinceps: vt subiecta de horaria signoꝝ ascensione in sphera recta monstrat formula. 23

o o	Hoꝝ	℀	S		Hoꝝ	℀	S		Hoꝝ	℀	S
Aries	1	51	36	Gemini	2	8	48	Leo	1	59	36
Taurus	1	59	36	Cancer	2	8	48	Virgo	1	51	36

¶ Est enī regula q̄libet duo arcus zodiaci equales et equaliter distātes ab aliquo quatuor pūctoꝝ tā dictoꝝ: equales habēt ascēsiones: t exhoc seq̄tur q̄ signa opposita equa/les habēt ascensiones: et hoc est qđ dicit Lucanus loquēs de processu catonis in libyā versus equinoctialē. Non obliqua meāt nec tauro rectior exit. Scorpius aut aries do/nat sua tempora libre. Aut astrea iubet lentos descēdere pisces. Par geminis chiron: t idem q̄ carcinos ardēs. Humidus egoceros: nec plus leo tollitur vna. Hic dicat Lucanus q̄ existentibus sub eq̄noctiali: signa opposita equales habēt ascēsiones t occasum.

Oppositio autē signorū habetur per hunc versū. Est li. ari. scor. tau. sa. gemi. capri. cā. a. le. pis. vir. ¶ Et est notandū q̄ nō valet talis argumētatio. Isti duo arcus sunt equales et simul incipiūt oriri: et semp maior pars orit̄ de vno q̄ de reliquo: ergo ille arcus citius perorit̄ cuius maior semp oriebat̄. Instātia huius argumētationis manifesta est in partibus predictarū quartarū. si enī sumat̄ quarta pars zodiaci q̄ est a principio arietis vsq; ad finē geminorū: semp maior pars orit̄ de quarta zodiaci q̄ de quarta equinoctialis sibi cōterminali: et tamē ille due quarte simul peroriunt̄. Idē itellige de quarta zodiaci q̄ est a principio libre vsq; in finē sagittarij. Itē si sumat̄ quarta zodiaci que est a principio cancri vsq; in finē virginis: semp maior pars orit̄ de quarta equinoctialis q̄ de quarta zodiaci illi conterminali: et tamen ille due quarte simul peroriunt̄. Idē intellige de quarta zodiaci q̄ est a primo pūcto capricorni vsq; in finem pisciū. In sphera autē obliqua siue decliui: due medietates zodiaci adequant̄ suis ascensionib⁹. Medietates dico que sumunt̄ a duob⁹ punctis equinoctialib⁹ quia medietas zodiaci que est a principio arietis vsq; in finē virginis: orit̄ cū medietate equinoctialis sibi cō terminali: similiter alia medietas zodiaci orit̄ cum reliqua medietate eq̄noctialis. Partes autē illarū medietatū variant̄ scōm suas ascensiōes: quoniā in illa medietate zodiaci que est a principio arietis vsq; in finē virginis semp maior pars oritur de zodiaco q̄ de equinoctiali: et tamē ille medietates simul peroriunt̄. Ecōuerso cōtingit in reliqua medietate zodiaci que est a principio libre vsq; ad finem pisciū: semper enī maior pars oritur de equinoctiali q̄ de zodiaco/et tamē ille medietates simul perorintur. Unde hic patet instantia facta manifestior contra argumentationem superius dictam.

24 ¶ Hec regularum quarta in ordine haud iniuria poni potest.

¶ In sphera recta singuli quiq; duo arc⁹ equales et pūctis eq̄noctialib⁹ aut eorum alteri equidistantes equas habent ascēsiones. Itidē singuli quiq; duo arc⁹ equales et pūctis solstitialib⁹ aut eor̄ alteri equidistantes equas habēt ascēsiōes: scōa pars ad p̄mā sequit̄: dico ergo pisces et virginē q̄ equidistēt a pūctis equinoctialibus (hoc est initijs arietis et chelarū iuxta datā regulā equas in sphera recta seruare ascensiones: ita quoq; et partes partibus: vt primus gradus pisciū primo virginis: et secund⁹ secundo. et hunc in modū deinceps adinuicē equant̄: et eodē iure aquarij et leonis suarūq; adinuicē partiū eque habent̄ ascēsiones. similiter quoq; de capricorno et cancro: de sagittario et geminis: scorpione ⁊ tauro: libra et ariete dicendū esset. Verum et ex eadem regula pisces et arties equas habent ascensiones: q̄ alteri punctorum equinoctiorum equidistant (equali enim interuallo ab initio equinoctij verni seiuncta sunt et partes partibus: sed initiales quidem vnius finalibus alterius: et eodem iure aquarius tauro: capricornus geminis: sagittarius cancro: scorpius leoni: et libra virgini ascendendo cocquātur. equidistant enim ab altero punctorum equinoctialium.

25 ¶ Et signa que in sphera recta equaliter ascendunt hac subiecta formula deprehenduntur.

Aries	Taurus	Gemini
Libra	Scorpius	Sagittarius
Pisces	Aquarius	Capricornus
Virgo	Leo	Cancer

Sed et adiectū est secundā regule particulam ex prima pendere: si enī assumas geminos et sagittarū que a solsticialibus punctis equidistant hic a brumali: ille vero ab estiuo: plane intuebere eadē a pūctis eq̄noctialibus eq̄distātia itidē: si sumas geminos et cācrū q̄ solstitio estiuo equidistāt: eadē ab arietis et chelarū initialib⁹ pūctis (q̄ pūcta dicūtur eq̄noctialia) eq̄distabūt: et hec ex tabula ascēsionū rectarū facile deprehēdas: et formule principium quo pacto hic pquiras hic subter formatū est: vt si libet et arcus magni ⁊ parui equalitatem videas: aut absoluas.

Ar.	Li.	Ascensiones.	Pi.	Vir.	Tau.	Sc.	Ascēsiones	Le.	Aq.	Ge.	Sa.	Ascēsiones	Can.	Capri.
1	0	55	30		1	0	57	30		1	1	16	30	
2	1	50	29		2	1	55	29		2	2	12	29	
3	2	45	28		3	2	52	28		3	3	17	28	
4	3	40	27		4	3	50	27		4	4	22	27	
5	4	35	26		5	4	48	26		5	5	27	26	
6	5	30	25		6	5	45	25		6	6	33	25	
7	6	25	24		7	6	45	24		7	7	39	24	
8	7	20	23		8	7	43	23		8	8	43	23	

26 ¶ Autor etiam ex regula intulit signorum oppositorum in sphera recta equas esse ascēsiones: et optime quidē iure: nā hec quecūq; accipient̄: a punctis eq̄noctialib⁹ equidistare reperient̄: et signa opposita semper sex signorum interuallis hemicicloq; distātia secernunt̄: que subiecta formula declarat.

Aries	Taurus	Gemini	Cancer	Leo	Virgo
Libra	Scorpius	Sagittarius	Capricornus	Aquarius	Pisces

¶ Instantia quā auctor diluit non est cognitu difficilis: nec ex tabula et superioꝝ diffinitionū veritatem elicere difficile: modo intelligeris vbi in littera vocabula hec orīt: oriebat. oriunt: peroriūt: habētur/horū loco aptissime esse intelligēda orta est: orta erat: orte sunt: peroꝛte fūt: alioquin falsa plerūq; sumerent nisi semp ascēsionū ratione ex quarte principio habita: et hec facilia fūt et in qb⁹ poti⁹ cōmunis: logicaq; phāta sia est: q; astronomica cōtēplatiōe: ambigua intelligētia: difficultaq; ingruat. 27

¶ Arcus autē qui succedūt arieti vsq; ad finē virginis in sphera obliqua minuunt ascēsiones suas supra ascensiones eozundē arcuū in sphera recta: quia minus oriūt de equinoctiali. Et arcus qui succedūt libre vsq; ad finē pisciū in sphera obliqua: augent ascēsiones suas supra ascēsiōes eozundē arcuū i sphera recta: quia plus oriūt de eqnoctiali. Augēt dico secundū tantā quantitatē in quanta arcus succedentes arieti minuunt. Ex hoc patet q; duo arcus equales et oppositi in sphera decliui habent ascēsiones suas iūctas equales ascēsionib⁹ eozundē arcuū in sphera recta simul sūptis: quia q̄ta est diminutio ex vna parte: tanta est additio ex altera. Licet enī arcus inter se sint equales: tamen quantum vnus minoꝛ est tantum recuperat alius: et sic patet adequatio.

¶ Hec quinta regula assignari potest. ¶ Arcus succedentes arieti ad finē vsq; virginis in sphera obliqua minuunt ascensiones suas: supra ascensiones eozundē arcuū in sphera recta et arcus libre succedētes in eadē sphera obliqua ad finē vsq; pisciū augent ascensiones suas: supra ascensiones eozundem in sphera recta: adiectum est ad finē vsq; virginis vt finem vel quantulūcūq; exclusum intelligamus. nam si totum: absolutūq; arcū ab arietis initio ad calcē et in calce virginis repertū ceperis: ipsum in vtraq; sphera equum esse comperies: consimiliter et totum: absolutūq; arcum ab initio chelarū ad finē pisciū: repertum: est enim vterq; et vtrunq; 180 gradus: vt numeri ratio in vtraq; sphera demonstrat: et hoc pacto de arcubus arieti et libre succedentibus: vt totus aries obliquę sphere minoꝛatur ascendens ab arie te recte: et chele sphere obliquę ascendendo superant chelas recte: et hoc pacto de tauro et scoꝛpio: de geminis et sagittario: cancro capricozno: virgine et piscibus in vtraq; sphera adinuicē sumpta: comparataq; dicatur. Quod autem subdit autoꝛ: quantū minuant arcus arietis obliquę sphere supra ascēsiones arietis recte: tantum addat libra eiusdē sphere supra ascēsiones libre recte: et cozrelarium quod inde intulit: ascensiones scz arietis et libre obliquę sphere simul iunctas: ascensionibus arietis et libre sphere recte simul: pariterq; sumptis equari: et summatim singulos quosq; duos arcus equales et oppositos sphere decliuis: simul iunctos: consimilibus cozrespondentibusq; arcubus sphere recte simul iunctis: ascēdendo equari: tabularum ascensionum numeri declarant. 28

¶ In sphera enim recta ascēsio arietis: est gradus 27 et minuta 54 et eiusdem arietis in sphera obliqua ascensio est gradus 14 et minuta 50: et ascensio libre in sphera recta ex quarta precedenti ei eius cozrelario equat arieti ascensionis recte: erit ergo gradus 27 et minuta 54. At vero ascensio libre ex tabula ascēsionum obliquarum reperta est gradus 40 et minuta 58: minoꝛ est ergo ascensio arietis sphere obliquę: ascensione eiusdem in sphera recta gradibus 13 et minutis 4: et ascensio obliqua libre maioꝛ est eiusdem ascensione recta itidem gradibus 13 et minutis 4: voco enim ascensionem rectam: ascensionem sphere recte: ergo quantum minuit ascensio obliqua totius arcus arietis super ascensionē eiusdem arcus rectam: tantum addit totius libre ascensio obliqua: super eiusdem libre ascensionem rectam. 29

¶ Et cum arietis et libre ascensiones recte simul iuncte sint gradus 55 et minuta 48: arietis autem et libre sphere oblique cōsimiliter ascensiones simul iuncte itidem sint gradus 55 et minuta 48: perspicuum ergo est oppositoꝛum arcuum ascensiones obliquas simul iunctas eozumdem arcuum ascēsionibus rectis simul iunctis equari: nec discrimen vllum erit si precisa numeri ratio desideratur: vt adiecta formula declarat. 30

Ascensio	recta		obliqua	
Aries	27	54	14	50
Libra	27	54	40	58
Cōiūcte	55	48	55	48

¶ Et hec equalitatis ratio in oībus arcubus se demonstrat: et in quoꝛlibet climate. Attamē solū hic vnā tabulā septimi climatis posuimus et ad latitudinē regionis nostre: et qua oībus q̄ autoꝛ adducit satisfacere possumus: est enī in alijs cōsimile. ¶ Caueant tamen abaciste adducta in hoc vltimo commentario per ascensiones tabulis alphonsinis adiectas numerando perquirere: nam precise non sunt: sed potius per tabulas ascensionum Joannis nurembergi vbilibet: et in omni altitudine poli que sexagesimū gradum non transcendit si placitum fuerit computent. 31

¶ Regulā q uidem in sphera obliqua q; quilibet duo arcus zodiaci equales et equaliter distantes ab alterutro punctoꝛum equinoctialium: equales habent ascensiones.

¶ Ex predictis etiam patet q; dies naturales sunt inequales. Est enī dies natur alis reuolutio equinoctialis circa terram semel cum tanta zodiaci parte: quantam interim sol pertransit motu proprio contra firmamentum. Sed cum ascēsiones illoꝛum arcuū sint inequales vt patet per p̄dicta tam in sphera recta q; obliqua: et penes additamēta illarum ascensionū considerentur dies naturales: illi de necessitate erunt inequales in sphe.

ra recta ꝓpter vnicā causā scilicet ꝓpter obliquitatē zodiaci: in sphera vero obliqua ꝓpter duas causas: scz ꝓpter obliquitatē zodiaci: et obliquitatē horizontis obliqui. Tertia solet assignari causa eccentricitas circuli solis.

32 ¶Que subiungit sexta regularū suo ordine venit. ¶In sphera obliq̄ qlibet duo arcꝰ zodiaci eqles: et a pūcto eqnoctij verni eqdistātes: eqles habēt ascēsiones: ita quoq; et arcꝰ eqles a pūcto eqnoctij autūnalis eqdistātes: vt ex ascēsiōibꝰ ex tabula quidē ascēsionū obliq̄rū cognitis: subtecta formula demōstrat.

♑	♓		♋	♒	
14	50	Aries	35	58	Cancer.
14	50	Pisces	35	58	Sagittarius.
18	51	Taurus	40	57	Leo
18	51	Aquarius	40	57	Scorpius
27	26	Gemini	40	58	Virgo
27	26	Capricornus	40	58	Libra

33 ¶Dies aūt naturalis est reuersio solis a cōtactu finitoris ad cōtactū eiusdē. Hoc est: est reuolutio eqnoctialis semel circa terrā cū tāta zodiaci particula: quantā sol interī motu ꝓpio cōtra primū motū incē-
34 dens pertransijt: et hoc pacto vt de horizonte dictū est: de meridiano censendum esset. ¶Quo fit vt dies naturales adinuicē mora: durationeq; euadant inequales: tum in eodē/tū in diuersis finitorum sitibꝰ: et hoc quidē facit ascēsionū eqnoctialiū: cū huiusmodi particulis a sole diurne sed motu quidē ꝓpio peractis: inequalitas: vt verbi causa si in sphera recta sol in finitoris cōtactu primā notam primūq; arietis punctū subiret: et in tēpore diurne reuolutiōis motu ꝓpio p̄mū arietis gradū conficeret: facta vna eqnoctialis reuolutione cū p̄mo arietis pūcto: manifestū est solē nondum cōtactū horizōtis cōtingere: vno gradu longiꝰ elapsū/pgressūq;: sed vltra illā equatoris reuolutionē prius q̄ sol cōtingat horizōta vnus arietis gradꝰ ascēdet: quo cū coascēdūt eq̄toris 55 minuta: quare dies illa naturalis cōtineret horarum eqnoctialiū 24: minuta 3: et secūda 40. Loco enī eqnoctialē horā spaciū in quo continue et regulariter 15 gradꝰ equatoris ascēdūt: et si in hora 15 gradꝰ equatoris ascendāt in minutis trib⁹ et secundis hore 40 minuta equatoris 55 ascendere necessū est. Sed esto vt die tricesima ab hac sol (dū diurne circunfert) motu suo ꝓpio tricesimū arietis gradū interī describat: priusq; ergo sol horizontem rursus assequi valeat vna iā equatoris reuolutione peracta: superit adhuc tricesimi gradꝰ arietis ascēsio: quo cū (vt ex tabula ascensionū rectarū cognoscit) coascēdūt minuta equatoris 57: quare dieī illius eqnoctialis ascēsio cōtinet gradꝰ 360 et minuta 57 hoc est cōpletā reuolutionē et minuta 57 quibꝰ quidē equatoris ascensionibꝰ respondēt equales: equinoctialesq; horе 24: minuta 3: et secunda 48: erit itaq; hec naturalis dies nūc in sphera recta reperta: altera prius in eadē sphera inuenta 8 secundis prolixior.

35 ¶Sed in septimo climate vbi latitudo est gradꝰ 48 dies naturalis precedentiū priori respondens equinoctiales horas cōtinet 24: minutū vnū et secūda 52. Proinde septimi climatis naturalis dies arctior: breuiorq; est q̄ sub equatore: nā ea in latitudine septimi climatis solū cōtinet mora reuolutiōis equatoris semel et minuta 28: sub equatore autē dies eadē: mora ꝓplete reuolutionis equatoris semel et minuta 55 complectit: et precedētiū posteriori dieī: dies naturalis septimi climatis respōdēs equinoctiales horas continet 24: minuta duo: et secunda 8: quapropter iterū dies naturalis eiusdē gradꝰ in septimo climate q̄ sub equatore cōtractior repta est: sūt ergo hi naturales dies tū in eodē horizōtis situ: tū in diuersis: varij atq; inequales: et ita quaslibet dierū naturaliū inequalitates et differentias vbiq; libitū fuerit: ex tabulis peruestigare liceret: et huiusmodi dierū inequalitatis imo verius ascensionū: zodiaci obliquitas (quemadmodū vult auctor) in sphera recta in causa est: in sphera autē decliui et zodiaci et horizontis obliquitas: quibus additur circuli solem deferētes eccentricitas: sed de his hactenus.

¶Notandū etiā q̄ sol tendens a primo pūcto capricorni per arietē vsq; ad primū punctum cācri raptu firmamēti describit 180 paralellos: qui etiā paralelli et si nō oīno sint circuli sed spire: cū tū nō sit in hoc error sensibilis: in hoc vis nō ꝓstituat si circuli appellent: de numero quoq; circuloq; sunt duo tropici et vnus eqnoctialis. Itē iā dictos circulos describit sol raptu firmamēti: descendēs a primo pūcto cancri per libram vsq; ad primū punctū capricorni. Et isti circuli dierū naturaliū circuli appellant. Arcꝰ aūt qui sunt supra horizontē sunt arcus dierū artificialiū et arcus q̄ sunt sub horizōte sunt arcꝰ noctiū artificialiū. In sphera igit recta cū horizon sphere recte trāseat per polos mundi diuidit oēs circulos istos in partes equales. Unde tanti sunt arcus dierū quanti sūt arcus noctiū apud existētes sub eqnoctiali. Unde patet q̄ existentibꝰ sub eqnoctiali in quacūq; parte firmamenti sit sol est semper equinoctiū. In sphera autē decliui horizon obliquus diuidit solū equinoctialē in duas partes equales. Unde quando sol est in alterutro punctoq; equinoctialiū: tunc arcus dieī equat arcui noctis et est equinoctiū in vniuersa terra. Oēs vero alios circulos diuidit horizon obliquus in partes inequales ita q̄ in oībus circulis qui sunt ab equinoctiali vsq; ad tropicū cācri: et in ipso tropico

cancri maior est arcus diei q̄ noctis. i. arcus super horizontē q̄ sub horizonte. Unde i toto tpe q̄ sol mouet a pncipio arietis p cācrū vsq; in finē virginis: maiorā dies supra noctes et tāto plꝰ q̄to magis accedit sol ad cācrū: et tāto minꝰ q̄to magis recedit. Ecōuerso aūt se habet de diebꝰ et noctibꝰ dū sol est i signis australibꝰ. In oibꝰ alijs circulis q̄s sol describit iter equinoctialē et tropicū capricorni: maior est circulus sub horizonte et minor supra: vnde arcus diei est minor q̄ arcus noctis. Et secundum proportionem arcuum minorantur dies supra noctes: et quāto circuli sunt propinquiores tropico hyemali: tanto magis minorantur dies. Unde videtur q̄ si sumantur duo circuli eque distantes ab equinoctiali ex diuersis partibus: q̄tus est arcus diei in vno: tantus est arcus noctis in reliquo. Ex hoc sequi videtur q̄ si duo dies naturales sumātur in anno equaliter remoti ab alterutro equinoctiorū in oppositis partibꝰ: quanta est dies artificialis vniꝰ tanta est nox alterius et econuerso. Sed hoc est quantum ad vulgi sensibilitatem in horizontis fixione. Ratio enim per ademptionem solis contra firmamentum in obliquitate zodiaci verius diiudicat. Quanto quidem polus mundi magis eleuatur supra horizontem: tanto maiores sunt dies estatis quādo sol est in signis septentrionalibus. Sed est econuerso quādo est in signis australibꝰ: tāto enī magis minorant dies supra noctes.

¶ Circuli naturalium dierum: sunt 180 circuli qui a sole ab Egocerote ad cancrum nitente: et qui idem sole rursum a cancro ad capricornum remeante: ad motum primi mobilis describuntur.

¶ Arcus dierum artificialium: sunt illorum circulorum partes supra horizontem relicte.

¶ Arcus noctium artificialium: sunt eorūdem circulorum partes sub horizonte destitute.

¶ Dies artificialis est mora qua sol ab ortu ad occasum tendens nostrum occupat hemisperium.

¶ Nox vero artificialis mora est a solis occasu ad ortum vsq; perdurans. Unde manifestū est: cum horizon rectus omnes circulos naturalium dierum in duo equa secet spacia (vt accepta materiali sphera et eius aptato horizonte intueri facile est) vt habitantibus sub equinoctiali circulo: dies artificialis sue artificiali nocti semper equetur: sitq; illis iuge perennecq; equinoctium.

¶ At vero quibus obliquus horizon habetur: cum idem nullos dierum naturalium circulos preter equatorem in duo equa partiatur (vt accepta materiali sphera et sito vt decet finitore intuebitur quisq; vel q̄ facillime) illis solum bis in anno cōtingit equinoctium: hoc est dierum: noctiumq; equalitas: sole scilicz initia arietis et Chelarum occupante: quapropter sol illa puncta occupās vbicunq; locorum vbi oritur occiditq; facit equinoctium.

¶ Et ab ariete ad finem vsq; virginis diurni arcus ad Cynosuram habitantibus: arcubus nocturnis maiores habentur: quapropter dierum artificialium q̄ noctium illis diuturnior mora est: dum sol illam zodiaci partem perlabitur: et contra fit sole ab initio Chelarum ad finem vsq; piscium procedēte sed hec in sphera conspiciuntur facillime.

¶ In eadem sphera sumptis vtrinq; duobus circulis equatori equidistantibus. quanta est dies artificialis vnius tanta tantuleq; more nox alterius esse videtur: vt quanta est artificialis dies quam sol perficit in primo gradu virginis: tantula nox erit sole vltimam chelarū partem tenente: q̄ si ascensionum inequalitas differentiam facit adeo modicula est vt nullum sensui discrimen pariat: intellectus tamen cognito diei illius et noctis solari motu proprio an quicq; interfit: ex ascensionibus vere diiudicat.

¶ Ad arcum artificialis diei per tabulas cognoscendum hoc est ad cognoscendum ascensiones arcus diurni accipe gradum solis per gnomicum instrumentum: tabulas aut supputationes factas: et post sex signa gradus gradui solis reperto oppositi: ascensiones considera: a quibus tolle gradus solis ascēsiones: et superabunt relinquenturq; ascensiones arcus diurni.

¶ Ad arcum noctis habendum: ascensiones arcus diurni tolle a 360 que completa equatoris reuolutio est et que superant ascensiones sunt arcus nocturni.

¶ Ad horas arcus diurni cognoscendas: ipsum hoc est eius ascensiones per 15 partire et venient hore: et si quid residui fuerit auge per 60: et partire p 15 et venient minuta et hoc pacto secūda extrahe si oportet.

¶ Ad horas noctis habendas: subtrahe horas arcus diurni iam repertas a 24 et quod reliquum fuerit: erunt ad id temporis hore nocturne vt verbi causa volo cognoscere sole geminorum finem tenente: subtraq; cancrum quantus sit arcus diurnus habitātibus septimum clima ad latitudinem 48 graduum: capio in tabula ascensionum obliquarum ascensiones finis sagittarij que sunt gradus 298 et minuta 53: a quibus tollo gradus 61 et minuta 7 ascensiones scilicet repertas in fine geminorum superātq; gradus 237 et minuta 46 arcus scilicet diurnus: quem si diuidis per 15 computabis horas 15 minuta 51 et secunda 4. Attamen q̄ hic dictum est de arcu diei equinoctialis horarūq; equalium intellige: qui dies ab artificiali morula pene insensibili dissidet et que vulgi fugiat apprehensionem: pro die autem artificiali porticula ascensionis partis gradus interim a sole motu proprio peragrati: adiecta esset.

¶ Ad horam ortus solis habendam: morā arcus noctis partire per medium et habes quod petis.

¶ Ad horam occasus habendam: morā arcus diurni partire per medium et hora occasus nota erit. Ut si dies equinoctialis horas 15: minuta 51 et secunda 4 cōtinet: arcus noctis erit hore 8 minuta 8 et se-

cunda 56: cuius medietas est hore 4: minuta 4 et secunda 28: ortus ergo solis erit hora 4 minuto 4 et secundo 28 supra mediam noctem: si precisionem tamen quereres adijcienda esset proprij motus solis portio diurni et medietas arcus diurni est hore 7 minuta 55 et secunda 32. erit ergo solis occasus hora 7 minuto 55 et secundo 32 supra meridiem. Diem enim naturalem a meridie incipiunt astronomi: sed diei precedentis: vt verbi causa dies 10 septembris in meridie none diei incepit et omnino in meridie diei decime finit: in quo ortum vndecima sibi vendicat et initium.

51 ¶ Si tamen horas a meridie ceptas continue ad 24 numeras: ad ortum solis habēdum adijce semiarcū noctis ad duodecim: habesq; petitum. At si ad duodecim vsq; computas: et hore per continuū numerum assignantur: vt si ita dicatur hora decimanona est futurum solis deliquium subduc 12 a 19: supereruntq; hore 7 dic ergo secundum tue computationis modum hora septima ante meridiem esse futurum solis deliquium. Et qui diem vt mos est Insubribus italisq;: ex occasu iudicant nostrę computationis semidiurnus arcus sue diei initium monstrat: quapropter substracto a nostris horis semiarcu diurno semper sue hore relinquuntur habent tamen hi et astronomi continuum ad 24 calculum: et habēt hec ad astronomicam institutionem pondus et hac quoq; de causa longiusculam immorationem protraximus.

¶ Notandum etiam q̄ sex signa que sunt a principio cancri per libram vsq; in finem sagittarij habent ascensiones suas in sphera obliqua simul iunctas: maiores ascensionib⁹ sex signorum que sunt a principio capricorni per arietem vsq; ad finem geminorū. Unde illa sex signa prius dicta dicuntur recte oriri: ista vero sex oblique.

Unde virgilius.

Recta meant: obliqua cadunt a sydere cancri
Donec finitur chiron: sed cetera signa
Nascuntur prono: descendunt tramite recto.

¶ Et quando est nobis maxima dies in estate scilicet sole existente in principio cancri: tunc oriuntur de die sex signa directe orientia: de nocte autem sex obliqua. Econuerso quando nobis est minimus dies in anno scilicet sole existente in principio capricorni: tunc de die oriuntur sex signa oblique orientia: de nocte vero sex directe. Quando autē sol est in alterutro punctorum equinoctialiū: tunc de die oriuntur tria signa directe oriētia et tria oblique: et de nocte similiter. Est enim regula: quantumcunq; breuis vel prolixa sit dies vel nox: sex signa oriuutur de die: et sex de nocte: nec propter prolixitatem vel breuitatem diei vel noctis plura vel pauciora signa oriuntur.

¶ Quod sequitur pro septima regula non iniuria poni posse videtur: sit ergo hec sexta regula.

52 ¶ In sphera obliqua sex signa a cācro ad finē sagittarii computata: habent ascensiones suas iunctas maiores ascensionibus signorum a capricorno ad finem geminorum succedentiū. Nam in tabula sphere oblique. vt verbi causa septimi climatis horum ascensiones iuncte sunt gradus 122 et minuta 15: illorum vero ascensiones iuncte sunt gradus 237 et minuta 46.

53 ¶ Quo fit vt non abre sex signa a cancro sui initiū sumentia in sphera obliqua recte orientia: a capricorno vero incepta oblique orientia dicantur: et sole initium cancri tenente nobis quidem ad arcturū morantibus artificialem diem longissimam esse: noctem vero breuissimam: et contra: eodem hibernum solstitium tenente diem arctissimam: noctem vero porrectissimam esse: q̄ hic interdiu sex signa obliqua et noctu sex recta ascendant: illic vero contra sex recte suo ortu diem efficiant: et sex obliqua noctem. Recta voco et obliqua que aut recte aut oblique sunt orientia. At cum sol vernum equinoctium tenet: dies artificialis tria recte: et tria oblique surgentia continet: ascendunt enim oblique aries/taurus/gemini: recte vero cancer/leo/virgo: que tum interdiu ascendunt: nam quantulacunq; dies seu arcta seu prolixa fuerit: sex signa interdiu surgunt/ascenduntq;: et nox itidem tria recte et tria prone cadentia tenet. hinc bono iure fit/vt tum dies artificialis sue nocti par equusq; incedat: et eodem iure dum sol autumnale equinoctium presens occupabit. At dum sol taurum tenet et geminos: plura interdiu recte q̄ oblique conscendunt: noctu vero contra: plura prone q̄ recte cadunt: hinc prolixiorem sua nocte nobis diem efficit: itidem et dum leonem occupat et virginem: et contrarium huius euenit dum presens scorpium ascendit et sagittarium: idemtidem aquarium atq; pisces: nam hic noctes suis diebus nobis restituit protensiores. Et adieci nobis ad arcturum habitantibus: nam habitantibus ad Aram atq; capricornum: contrario eueniret modo: illis enim sex signa a capricorno incepta recte orirentur et reliqua prone. Ex his colligere promptum est sole tenente cancri fastigium: nobis diem artificialem longissimam esse: et noctem contractissimam: sole tenente capricornum diem breuissimam et noctem porrectissimam: sole tenente alterutrum equinoctiorum dies suis noctibus euadere equales: sole vero alios circulos vbilibet citra vltraq; equatorē occupante: dies suas noctes magnitudine excedere: aut a suis noctibus vinci: quanto plura recte oriantur aut occidant signa. Et dicta hec statim intelligenda se produnt: vbi inter vnam celi reuolutionem sol diem facit et noctem.

¶ Ex his colligitur q̄ cum hora naturalis sit spacium tēporis ī quo medietas signi per-
oritur in qualibet die artificiali: similiter ⁊ in nocte sunt 12 hore naturales. In omnibus
autem alijs circulis qui sunt a latere equinoctialis vel ex parte australi vel septentriona
li: maiorantur vel minorātur dies vel noctes secundum q̄ plura vel pauciora de signis
directe orientibus: vel oblique de die vel de nocte oriuntur.

¶ Hora equinoctialis queet hoc in loco hora equalis dicitur: est in qua continue 15 gradus equinoctia- 54
lis emergunt. Et has horas instrumentis horoscopijs (que horologia dicimus) deprehendimus.
¶ Hora vero naturalis queet inequalis: est vt diffinit auctor in qua signi zodiaci medietas ascēdit et ha 55
rum 12 sunt in die: et 12 pariter in nocte: nam continuo et in die et in noete sex signa zodiaci vtrolibet ascē
dere dinoscuntur.
¶ Ad horas inequales cuiusq̄ diei artificialis habēdas: quere gradum solis quo eum dilueulo exoritur 56
a quo 15 graduum sequentium ascensiones quere et ille sunt prime hore inequalis deinde 15 sequentium
graduum consimiliter quere ascensiones et ille quoq̄ erunt secunde inequalis hore: et hoc pacto reliqe
nascentur omnes. Et propter motum quo sol primo motui contra nititur non nihil pauxillulum adden-
dum esset: sed id parui admodum momenti reputatur.
¶ Ad cognoscendum quantum vnaquaeq̄ horarum inequalium contineat hore equalis: cuiuscunq̄ volu 57
eris hore inequalis iam reperte: gradus ascensionum per 15 partire: et veniet hora equalis: et si quid resi
dui est auge per 60 et partire per 15 et nascentur minuta que inequalis hora: supra horam equalem conti
neret: si autem gradus ascensionum per 15 partiri non sustineant: augmenta gradus illos per 60 et parti
re per 15: surgentq̄ minuta hore equalis que inequalis hora cōtinebat. Verbi causa vt si sol primum gra-
dum leonis subeat: cuius diei naturales horas ad situm parhysiensem cognoscere velim: capio ascensio-
nes 15 primorum graduum leonis que sunt gradus 20: et minuta 21: suntq̄ ascēsiones prime hore inequa
lis: deinde 15 graduum sequentium ascensiones que sunt gradus 20 et minuta 36: et hunc in modum reliq̄
inequales hore querentur: et quesite (diuisione per 15 facta) in horas equales equinoctialesq̄ (vt subiecta
monstrat formula) redigentur.

¶ Hore inequales

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
	♋ m	♋ m	♌ m	♌ m	♍ m	♍ m	♎ m	♎ m	♏ m	♏ m	♐ m	♐ m
Ascensiones	20 21	20 36	20 33	20 25	20 25	20 33	20 36	20 21	19 25	17 33	15 01	12 25
Hore eqles.	♑ m s	♑ m s	♒ m s	♒ m s	♓ m s	♓ m s	♈ m s	♈ m s	♉ m s	♉ m s	♊ m s	♊ m s
	1 21 24	1 22 24	1 22 12	1 21 40	1 21 40	1 22 12	1 22 24	1 12 24	1 17 40	1 10 22	1 4 0	0 49 40

¶ De diuersitate dierum et noctium que fit habitantibus in diuersis locis terre. Cap. tertium.

¶ Notādum autem q̄ illis quorum zenith est in equinoctiali circulo sol bis in anno trā
sit per zenith capitis eorum: scilicet quando est in principio arietis et in principio libre:
et tunc sunt illis duo alta solsticia: quoniam sol directe trāsit super capita eorum. Sunt
iterum illis duo ima solsticia: quando sol est in primis punctis cancri et capricorni: et di
cuntur ima quia tūc sol maxime remouetur a zenith capitis eorum. Unde ex predictis
patet cum semper habeant equinoctium: in anno quattuor habebunt solsticia: duo alta
et duo ima. Patet etiam q̄ duas habent estates sole existente in alterutro punctorū eq̄
noctialium: vel prope. Duas etiam habent hyemes scilicet sole existente in primis pun
ctis cancri et capricorni vel prope. Et hoc est quod dicit Alphraganus q̄ estas et hyēs
scilicet nostre sunt illis vnius et eiusdem complexionis: quoniā duo tempora que sunt
nobis estas et hyems sunt illis due hyemes. Unde ex illis istorum versuum Lucani pa
tet expositio.

Deprensum est hunc esse locum quo circulus alti
Solstitij medium signorum percutit orbem.

Ubi enim appellat Lucanus circulum solsticij alti equinoctialem: in quo cōtingūt duo
alta solsticia sub equinoctiali existētibus. Orbem signorum appellat zodiacum: quem

medium id est mediatum hoc est diuisum in duo media: equinoctialis percutit id est diuidit. ¶Illis etiam in anno contingit habere quattuor vmbras. Cum enim sol sit in alterutro punctorum equinoctialium tunc in mane iacitur vmbra eorum versus occidentem in vespere econuerso. In meridie vero est illis vmbra perpēdicularis: cum sol sit supra caput eorum. Cum autem sol est in signis septentrionalibus: tunc iacitur vmbra eorum versus austrum. Quando est in australibus: tunc iacitur versus septentrionem. Illis autem oriuntur et occidunt stelle que sunt iuxta polos: sicut et quibusdam alijs habitantibus circa equinoctialem. Unde Lucanus sic inquit.

Tunc furor extremos mouit rhomanus horestas.
Carmenosq; duces: quorum iam flexus in austrum
Ether non totam mergi tamen aspicit arcton.
Lucet et exigua veloxibi noctebootes.

¶Ergo mergitur et parū lucet. Itē Ouidi⁹ de eadē stella.

Tingitur oceano custos crimanthidos vrse
Equorea sq; suo sidere turbat aquas.

¶In situ aūt nostro nunq; occidūt iste stelle. Uñ virgili⁹.

Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus styx atra videt manesq; profundi.

¶Et Lucanus.

Axis inocciduus gemina clarissimus arcto

¶Item virgilius in georgicis sic inquit.

Arctos oceani metuentes equore mergi.

58 ¶Hec littera clara est et huius situs incole leguntur esse Ichthyophagi ethiopum populi qui (Strabone auctore) solis piscibus aluntur. est enim ichthys greca locutione piscis. hi enim vt tradūt geographi eorūq; pecora piscibus vescuntur. et pecorum carnes alimento piscibus prebent. domicilia ex ossibus cetorum et ostreorum concis magna ex parte faciunt. prebent enim coste trabium vsum: et maxille portarū: et vertebra in vsum martariorum: quibus pisces subiguntur: veniunt. et eos ad solem assitant. Horestes feruntur populi ad austrum vltra quos ea ex parte non cognoscitur habitata regio.
Carmania indorum regio contermina Persis: vasta deserta continens: flumen habet auriferum: argenti: eris minij fossiles venas: montes arsenici et salis. Carmanica vitis racemum bicubitalem facit: nemo eorum ducit vxorem: qui prius hostis caput suo regi non obtulerit.

¶Eorum quorum zenith est inter equinoctialem et tropicum cancri. Cap. quartum.

¶Illis autem quorum zenith est inter equinoctialem et tropicum cancri: contingit bis in anno q; sol transit per zenith capitis eorum quod sic patet. Intelligatur circulus paralellus equinoctialis trāsiens per zenith capitis eorum: ille circulus intersecabit zodiacum in duobus locis eque distantibus a principio cancri. sol igitur existens in illis duobus punctis transit per zenith capitis eorum. Unde duas habent estates et duas hyemes: quattuor solsticia et quattuor vmbras sicut existētes sub equinoctiali. Et in tali situ dicunt quidam arabiam esse. Unde Lucanus loquens de arabibus venientibus rhomam in auxilium Pompeio dicit.

Ignotum vobis arabes venistis in orbem.
Umbras mirati nemorum non ire sinistras.

Quoniam in partibus suis quandoq; erant illis vmbre dextre: quandoq; sinistre: quādoq; perpendiculares: quandoq; orientales: quādoq; occidentales: sed quando venerant rhomam citra tropicum cancri tunc semper habebāt vmbras septentrionales.

59 ¶Accepta materiali sphera: aptatoq; vt decet horizonte littera peruia: claraq; aparet. huius situs incole dicuntur esse Bragmane et Arabes. Attamē Arabia triplex est si Ptolomeo credimus: prima Petrea que Syrie et Palestine iudee adiacet. Secunda deserta: que Mesopotamie: Babilonieq; contermina est. et pe due citra cācrum site sunt. Tertia vero Arabia felix: Persis mariq; rubro adiacēs: cui⁹ pars equatori et tropico cancri non parua interiacet media: de qua sola autor ex Lucano intelligit. et turifera regio est in qua ciuitas Saba Sabeiq; populi.

¶ Eorum quorum zenith est in tropico cancri. Cap. quintum.

¶ Illis siquidem quorum zenith est inter tropicum cancri cõtingit q̃ semel in anno trã sit sol per zenith capitis eorum: scilicet quando est in primo puncto cancri et tũc in vna hora diei vnius totius anni: est illis vmbra perpendicularis. In tali situ dicitur Syene ciuitas. Vnde Lucanus: vmbras nusq̃ flectẽte Syene. hoc intellige in meridie vnius diei cuius vmbra mane porrecta occidentalis sero orientalis: et per residuum totius anni iacitur illis vmbra septentrionalis.

¶ Apta vt decet horizonta: et facile q̃ dicit autor intuebere. huius situs pars Egypti ponitur. 60

¶ Syene vrbs Egypti: prouincie thebaidos principium: illic enim antique centum portarum thebe fuisse perhibentur. Situs Syenes incole triumbres sunt tresq̃ in anno vmbras habent: mane dũ sol tenet estiuum solsticium occidentales. in meridie aut nullas aut perpẽdiculares: vesperi autem orientales. In residua vero anni particula matutinas et serotinas altrorsus: meridianas autem penitus septentrionales habent.

¶ Eorum quorum zenith est inter tropicum cancri et circulum arcticum. Cap. sextum.

¶ Illis vero quorum zenith est inter tropicum cancri et circulum arcticum: cõtingit q̃ sol in sempiternum non transit per zenith capitis eorũ et illis semper iacitur vmbra versus septentrionem. Talis est situs noster. ¶ Notãdũ etiam q̃ ethiopia vel aliqua pars eius est citra tropicum cancri. Vnde Lucanus.

Ethiopumq̃ solum qõ non premeretur ab vlla.
Signiferi regione poli ni poplite lapso.
Vltima curuati procederet vngula tauri.

Dicunt enim quidam q̃ ibi sumitur signum equiuoce pro duodecima parte zodiaci et pro forma animalis: qõ secundum maiorem partem sui est in signo qõ denominat vnde taurus cum sit in zodiaco secundum maiorem sui partem tamẽ extendit pedem suũ vltra tropicum cancri: et ita premit ethiopiam: licet nulla pars zodiaci premat eam. si enĩ pes tauri de quo loquitur autor extenderetur versus equinoctialem: vt esset indirecto arietis vel alterius signi: tunc premeretur ab ariete vel virgine/ et alijs signis. qõ patet per circulum ad equinoctialem paralellum circũductum per zenith capitis ipsoꝝ ethiopum: et arietem et virginem vel alia signa. ¶ Sed cum ratio phisica huic contrarietur: non enim ita essent denigrati si in temperata nascerentur habitabili. Dicendum q̃ illa pars ethiopie de qua loquitur Lucanus est sub eq̃noctiali circulo: ꝛ q̃ pes tauri de quo loquitur extenditur versus equinoctialem. Sed distinguitur tunc in signa cardinalia et regiones. Nam signa cardinalia dicuntur duo signa in quibus contingunt solstitia: et duo in quibus contungunt equinoctia. Regiones autem appellantur signa intermedia Et secundum hoc patet q̃ cum ethiopia sit sub equinoctiali non premitur ab aliqua regione sed a duabus signis tantum cardinalibus scilicet ariete et libra.

¶ Aptato vt oportet horizonte: cognitu facilis est littera. huius situs est vniuersa que descripta est Europa et Affrice/ Asieq̃ plurimum.

Qõ autem ethiopas sub equatore sitos putat: Ptholomeo consentit: qui illic Icthyophagos sitos esse commeminit.

¶ Eorum quorum zenith est in circulo arctico. Cap. sextum.

¶ Illis aũt quoꝝ zenith est in circulo arctico cõtingit in quolibet die et tẽpore ãni: q̃ zenith capitis eoꝝ est idem cũ polo zodiaci et tũc habent zodiacũ siue eclypticã p horizõte. Et hoc est quod dicit Alphraganus q̃ ibi circulus zodiaci flectitur supra circulũ hemisperij sed cũ firmamentũ cõtinue moueatur circulus horizontis intersecabit zodiacũ in instanti: et cũ sint maximi circuli in sphera: intersecabunt se in partes equales. Vñ statim medietas vna zodiaci emergit supra horizontẽ: et reliqua deprimitur sub horizõte subito. Et hoc est quod dicit Alphraganus q̃ ibi occidũt repẽte sex signa: et reliqua sex oriuntur cũ toto equinoctiali. Cum autem eclyptica sit horizon illoꝝ: erit tropicus can-

crit totus supra horizõta et totus tropicus capricorni sub horizonte/ et sic sole existente in primo puncto cãcri: erit illis vna dies viginti quatuor horarũ et quasi instãs pro nocte quia in instanti sol transit horizonta et statim emergit: et ille cõtactus est pro nocte. Econuerso contingit illis sole existente in primo puncto capricorni. Est enim tũc illis vna nox 24 horarum et quasi instans pro die.

¶Directo aptatoq; vt factu facile est finitore littera perspicua est. ex ptholomei cosmographia nullos huius situs incolas comperimus. vicinioza enim illi circulo eius ex descriptiõe comperimus Orchadas insulas insulamq; Tyleñ. distant tamẽ Orchades a boreo circulo gradibus 4 et minutis 49. Tyle autẽ pauxillulũ vicinior distat gradibus 2 et minutis 54. Attamẽ iuniores eodẽ sub circulo insulas: iluuioscq; locant: sed nominum ineptitudo facit vt inexpressa maneant.

¶ Quorũ zenith est inter circulũ arcticũ et polum mundi. Cap. octauum.

¶Illis autẽ quoq; zenith est inter circulũ arcticũ et polum mundi arcticum: contingit quod horizon illoq; intersecat zodiacũ in duob? punctis eq̃distãtibus a principio cãcri: et in reuolutione firmamẽti cõtingit q̃ illa portio zodiaci intercepta: sẽper relinquitur supra horizontem. Vnde patet q̃ q̃diu sol est in illa portione intercepta: erit vnus dies continuus sine nocte. ergo si illa portio fuerit ad quantitatẽ signi vnius: erit ibi dies ꝓtinuus vnius mẽsis sine nocte si vero ad quãtitatẽ duoq; signoq; erit duorũ mensiũ: et ita deinceps. Itẽ cõtingit eisdem q̃ portio zodiaci intercepta ab illis duobus punctis equidistantibus a principio capricorni: semper relinquitur sub horizõte vnde cum sol est in illa portione intercepta: erit vna nox sine die breuis vel magna secundum quantitatem intercepte portionis. Signa autẽ reliqua que eis oriunt̃ et occidunt prepostere oriunt̃ et occidunt. Oriunt̃ prepostere sicut taurus ante arietẽ/ aries ante pisces/ pisces ante aquarium: et tamen signa his opposita oriuntur recto ordine et occidunt prepostere vt scorpius ante librã/ libra ante virginem: et tamen signa his opposita occidunt directe: illa scilicet que oriebantur prepostere vt taurus.

¶Directo horizonte litterã intelligere perq̃ facile est que in hoc situ habeant̃ geographi tacent. asseuerant tamen nonnulli mare gelatũ/ arctoosq; populos illic degere.

¶Eorum quorum zenith est in polo arctico. Cap. nonum.

¶Illis autẽ quoq; zenith est in polo arctico: cõtingit q̃ illoq; horizon est idẽ q̃ equinoctialis. Vnde cũ equinoctialis intersecet zodiacũ in duas partes equales: sic et illorũ horizon relinquit medietatẽ zodiaci supra: et reliquã infra. Vnde cũ sol decurrat per illã medietatẽ que est a principio arietis vsq; in finẽ virginis: vnus erit dies cõtinu? sine nocte et cũ sol decurrit in illa medietate que est a principio libre vsq; in finem piscium: erit nox vna continua sine die. Quare et vna medietas totius anni est vna dies artificialis: et alia medietas est vna nox. Vnde totus annus est ibi vnus dies naturalis. Sed cũ ibi nunq; magis 23 gradibus sol sub horizonte deprimat̃ videt̃ q̃ illis sit dies cõtinuus sine nocte. Nã et nobis dies dicit̃ ante solis ortũ supra horizontẽ. Hoc autem est q̃tũ ad vulgarẽ sensibilitatẽ. Nõ enim est dies artificialis quantũ ad physicã rationẽ nisi ab ortu solis vsq; ad occasũ ei? sub horizõte. Ad hoc iterũ q̃ lux videt̃ ibi esse perpetua: quoniã dies est antecq; sol leuet̃ super terrã per 18 gradus vt dicit ꝓtholomeus. Alij vero magistri dicunt 30 scilicet per quantitatẽ vnius signi. Dicendum q̃ aer est ibi nubilosus et spissus. Radius enim solaris ibi existens debilis virtutis magis deuaporibus eleuat q̃ possit consumere. Vnde aerem non serenat et non est dies.

¶Directo horizonte littera perspicua est. Quid autẽ sub polo iaceat: nondũ memorie proditum est.

¶De diuisione climatum. Cap. decimum.

¶Imaginet̃ autẽ quidã circul? in superficie terre direct? suppositi? eq̃noctiali. Intelligat̃ alter circul? in superficie terre trãsiens per orientẽ et occidẽtem et p polos mundi. Isti duo circuli intersecant sese in duobus locis ad angulos rectos spherales: et diuidũt totam terrã in quattuor quartas. quarum vna est nostra habitabilis: illa scilicet q̃ intercipitur inter semicirculũ ductum ab oriente in occidentẽ per polum arcticum. Nec tamen illa

quarta tota est habitabilis: quoniã partes illius propinque equinoctiali inhabitabiles sunt ꝓpter nimiũ calorẽ. Similiter partes eius propinque polo arctico: inhabitabiles sunt propter nimiã frigiditatẽ. Intelligatur ergo vna linea equidistãs ab equinoctiali diuidẽs partes quarte inhabitabiles ꝓpter calorẽ: a partibus habitabilib⁹ q̃ sunt versus septentrionẽ. Intelligatur etiã alia linea eq̃distans a polo arctico diuidens partes quarte inhabitabiles q̃ sunt versus septentrionẽ: propter frigus a partibus habitabilibus q̃ sunt versus equinoctialẽ. Inter istas etiã duas lineas extremas intelligantur sex linee paralelle eq̃noctiali: q̃ cũ duabus prioribus diuidũt partẽ totalẽ quarte habitabilem in septẽ portiones q̃ dicunt̃ septẽ climata. ¶ Dicit̃ autẽ clima tãtũ spaciũ terre per q̃tum sensibiliter variat̃ horologiũ. Idem nãq; dies estiuus aliquãtus q̃ est in vna regione: sensibiliter est minor ĩ regione propiquiori austro. Spacium igitur tantũ quãtũ incipit dies idẽ sensibiliter variari: dicitur clima. Nec est idẽ horologiũ cum principio et fine huius spacij obseruatũ. Hore enĩ diei sensibiliter variãtur: quare et horologium ¶ Mediũ igitur primi climatis est vbi maximi diei ꝓlixitas est 13 horarum: et eleuatio poli mundi supra circulũ hemisperij gradibus 6. Et dicit̃ clima dia Meroes. Initium eius est vbi diei maioris ꝓlixitas est 12 horarũ: et dimidie et quarte vnius hore: ⁊ eleuatur polus supra horizontẽ gradibus 12 et dimidie et quarte vnius gradus. Et extendit̃ ei⁹ latitudo vsq; ad locũ vbi lõgitudo prolixioris diei est 13 horarũ et quarte vni⁹ et eleuat̃ polus supra horizontem gradibus 20 et dimidio qđ spaciũ terre est 440 miliaria. ¶ Mediũ aũt secũdi climatis est vbi maior dies est 13 horarũ et dimidie ⁊ eleuatio poli supra horizontẽ 24 graduũ et quarte partis vni⁹ gradus. Et đr clima dia Syenes. Latitudo vere ei⁹ est ex termino primi climatis vsq; ad locũ vbi fit dies ꝓlixior 13 horarũ et dimidie et quarte partis vni⁹ hore et eleuat̃ polus 27 gradib⁹ et dimidio ⁊ spacium terre est 400 miliarioꝝ. ¶ Mediũ tertij climatis est vbi fit lõgitudo prolixioris diei 14 horarũ et eleuatio poli supra horizõtẽ 30 graduũ et dimidij et quarte vnius ꝑtis. Et đr clima dia Alexãdrias. Latitudo ei⁹ est ex termĩo secũdi climatis vsq; vbi prolixior dies dies est 14 horarũ et quarte vni⁹ et latitudo poli 33 graduũ et duarũ tertiarũ qđ spaciũ terre est 350 miliarioꝝ. ¶ Mediũ quarti climatis est vbi maioris diei prolixitas est q̃tuordecĩ horarũ et dimidie et axis latitudo 36 graduũ et duarũ q̃ntarũ. Et dicitur dia Rhodon. Latitudo v̄o ei⁹ ex termino tertij climatis vsq; vbi prolixitas maioris diei est 14 horarũ et dimidie et quarte ꝑtis vni⁹. eleuatio aũt poli 39 graduũ qđ spaciũ terre est 300 miliariorũ. ¶ Mediũ q̃nti climatis est vbi maior dies est 15 horarũ et eleuatio poli 41 gradus et tertie vnius. Et đr clima dia Rhomes. Latitudo vero eius est ex termino quarti climatis vsq; vbi prolixitas diei sit q̃ndecim horarũ et q̃rte vni⁹ et eleuatio axis 43 graduũ et dimidij qđ spaciũ terre est 255 miliarioꝝ. ¶ Mediũ sexti climatis est vbi prolixior dies est q̃ndecĩ horarũ ⁊ dimidie: eleuat̃ polus supra horizõtẽ 45 gradibus ⁊ duabus q̃ntis vni⁹. Et dicit̃ clima dia Boristhenes. Latitudo v̄o ei⁹ est ex termino q̃nti climat⁹ vsq; vbi lõgitudo diei ꝓlixior est q̃ndecĩ horarũ et dimidie et q̃rte vni⁹ et axis eleuatio 47 graduũ et quarte vni⁹ q̃ distantia terre est 212 miliarioꝝ. ¶ Mediũ aũt septimi climatis est vbi maior prolixitas diei est sexdecĩ horarũ et eleuatio poli supra horizontẽ 48 graduũ et duarũ tertiarũ. Et đr clima dia Ripheon. Latitudo v̄o ei⁹ est ex termino sexti climatis vsq; vbi maxima dies est sexdecĩ horarũ et q̃rte vni⁹ et eleuat̃ polus mũdi supra horizõtẽ 50 gradib⁹ ⁊ dimidio qđ spaciũ t̃re est 185 miliarioꝝ. ¶ Vltra aũt hui⁹ septimi climatis terminũ licꝫ plures sint ĩsule et hoĩm habitationes đcq̃d tñ sit quoniã praue est habitationis sub climate nõ ꝯputat̃. Oĩs itaq; ĩter terminũ ĩitialẽ climatũ ⁊ finalẽ eorũdẽ diuersitas est triũ horaꝝ ⁊ dimidie ⁊ ex eleuatiõe poli supra horizõtẽ 38 graduũ. ¶ Sic igit̃ patet vniuscuiusq; climat⁹ latitudo a prĩcipio ipsi⁹ v̄sus eq̃noctialẽ: vsq; in finẽ eiusdẽ v̄sus polũ arcticũ: et qđ primi climat⁹ latitudo est maior latitudine secũdi et sic deinceps. Lõgitudo aũt climatis potest appellari linea ducta ab oriente in occidentẽ eq̃distans ab equinoctiali. Vnde longitudo primi climatis est maior lõ

gitudine secundi: et sic deinceps quod contingit propter augustiam sphere.

